AUTHOR:

KNOKE, GEORG

TITLE:

DE "CHARITIO" MIMO OXYRHYNCHIO

PLACE:

KILIAE

DATE:

1908

Master Negative #

93-81322-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Knoke, Georg, 1884-
De "Charitio"mimo Oxyrhynchio. Dissertatio... quam...scripsit Georg Knoke... Kiliae, ex officina H. Fiencke, 1908.
39 p. 24 cm.

Thesis, Kiel.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5/6/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

no. 2

De ‚Charitio' mimo Oxyrhynchio.

Dissertatio Inauguralis

quam

auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in academia Kiliensi

ad summos in philosophia honores adipiscendos

scripsit

Georg Knoke

Gestorfensis.

KILIAE.

Ex officina H. Fiencke.

MDCCCCVIII.

Zum Druck genehmigt:
Dr. **Sudhaus**, Dekan.
Kiel, 5. März 1908.

Parentum carissimorum optimorum
memoriae.

Praefatio.

De mimis Oxyrhynchiis haec adhuc in lucem prolata sunt:

Grenfell and Hunt: The Oxyrhynchus papyri part III. No. 413, pg. 41 ss. London 1903.
O. Crusius: Herondae mimiambi edit. IV. pag. 101 ss.
» Sitzungsber. der Kgl. Bayr. Akademie 1904.
Guido Winter: De mimis Oxyrh. diss. Lipsiae 1906.
S. Sudhaus: Der Mimus von Oxyrh. Herm. 1906, S. 247.
Zielinski: Berl. phil. W. 1907, 865—868.

Non multo post quam Sudhausius duorum illorum mimorum alterum, a Crusio **Μοιχεύτρια** inscriptum edidit, ad alterum tractandum idem me incitavit. Et Sudhausii quidem dissertatione illius mimi interpretationem plane cumulateque perfectam esse credo, cum in altero mimo explicando etiam nunc permultum profici possit. Nec tamen dixerim hac quam sum habiturus quaestione toti fabulae lumen esse adhibitum, sed multarum illarum quae insunt difficultatum ad nonnullas tantum tollendas paululum valuisse satis habeo, praesertim cum rem habeamus cum unico quodam litterarum monumento, quod quamquam per se ipsum vile et futile est, tamen ad hominum qui tunc erant mores atque ingenia cognoscenda haud exigui pretii est.

Sigofredi Sudhausii propensa erga me voluntate factum est, ut ad papyrum ipsam in bibliotheca Bodleiana perscrutandam a stipendii Schassiani curatoribus adiumentum praestaretur lautissimum, quibus omnibus gratias ago quam plurimas.

Caput I.

De textus editione.

Britannos cum in papyris legendis singulari quodam ingenii acumine valere tum in edendis omnem diligentiam et industriam adhibere nemo nescit, quae laus quam iuste eis tribuatur, nostri quoque mimi editione comprobatum est. Etsi enim a bibliothecae Bodleianae directore, qui semper maxima erga me liberalitate utebatur, in loco plurimam lucem praebente collocabar et per omnes dies coelum erat serenum, tamen maxima opera navata admodum pauca aliter legi atque Britanni. Accedit, quod scriptura aut tam lucide discerni potest, ut singula verba in dubium vocari non possint, aut tantopere est corrupta, ut atramenti vestigia vix elici possint (in col. II. versuum 52—60 exitus, in col. III. vss. 74—83). Sed quamvis ita res se habeat, tamen non sine fructu papyrum denuo examinatam esse puto. Singulas autem quas inveni lectionis discrepantias suis locis afferam.

Papyri descriptio

Sed priusquam ad textum conscribendum aggrediar, de papyri specie, signis aliisque de rebus pauca praemittam. Mimus noster quattuor columnis traditus est, quarum in duabus prioribus numerantur 36 versus, in tertia 35, in quarta 43. Et priores quidem tres columnae in dextra papyri scheda exstant, quarta autem in scheda versa. Omnium columnarum prima maxime est mutilata, cum exitus tantum versuum servati sint. Huius vero columnae quantum deletum sit. satis certo decerni potest, cum alterius columnae et tertiae modulorum rationes cognoverimus, quarum

utraque summum duodecim centesimas metri partes aequat. Primae autem columnae in versu septimo cuius versus litterae per novem centesimas servatae exstant, cum probabilitate quadam trium reliquarum centesimarum spatium expleri potest. Tres autem centesimae undecim fere litteras capiunt et nos huius versus lacunam decem litteris (*οὐκ ἄνευ θεῶ*)*ν*) explevimus, quo modo alterius et tertiae columnae mensuram assequimur. Nunc autem cum versus restituti nusqum hunc duodecim centesimarum modum excedant, hac ex parte primae columnae restitutio non offendat. Reliquarum autem columnarum lacunas facilius probabilibus coniecturis explere possumus.

Scriptura.

Quod scripturam attinet dextra scheda semiuncialibus quae vocantur, scripta est, cum in versae schedae superiore parte duas columnas (*Μοιχεύτρια*) inveniamus litteris cursivis scriptas, quibus quarta nostri mimi columna addita est *in the style of the recto*, ut Britannorum verbis utar, *and with the same characters, written in a somewhat larger and more careful hand, but evidently by the same person who was responsible for the foregoing mime.*

Orthographia.

De rebus ad orthographiam pertinentibus suis locis disseram (cf. Winter pgg. 1—9).

Notarum explicacio.

Sigla in papyro haec usurpata sunt:

Α	=	Charitium
Β	=	stupidus
Γ	=	Charitii frater
Δ	=	gubernator
ζ	=	socius Graecorum
βασ	=	*βασιλεύς*
γυν	=	*γυνή*
αλ	=	*ἄλλη*
Ζ [1]		quas personas significent
ς		incertum est.
κοι	=	*κοινῇ* (v. 30, 39, 58, 64, 82, 84, 104)
τ̄	=	*τυμπανισμός*
τ̄ πολ	=	*τυμπανισμὸς πολύς* (68, 92, 95)

	τ̄ ξ	= *τυμπανισμοὶ πέντε* (87)
3	*τ̄ αναπεσ*	= *τυμπανισμὸς ἀναπαιστικός* (57)?
	κρουσ	= *κροῦσις* (92)
	πορδ	= *πορδή* (39, 93, 211)
4	⏝ vel ⊏	= *κρόταλα*
	⏝⏝—	= *κρόταλα καὶ αὐλός* (39, 81, 82, 87)

De signis quae viri docti disseruerunt in universum cum recta esse censeam, perpauca tantum mihi adnotanda sunt. 1) Winterus (pag. 36) iudicat litteris ϛ et ζ easdem personas designari et versae schedae recensionem ideo videri factam esse, ut personae ϛ partes amplificarentur pgg. 30—38. Quam sententiam probabilem non esse iam videbimus. cf. pg. 28 ssq. Sed num idem de signo ϛ recte disseruerit (cf. Gardthausen, Griechische Paläographie 1879 p. 265) diudicare non audeo. Crusius putat personas litteris *Z* et ϛ significatas esse semibarbaros, sed haec quoque sententia non extra dubitationem posita est. cf. pg. 52. 2) In nota *κοι* tractanda commemoro primum Wesselium hoc signum recte interpretatum esse videri (cf. Denksch. d. Wiener Ak. 36, 1888: Griechische Zauberpapyrus von Paris u. London, pg. 37 et 39) et velim conferas quae de eodem compendio Kühnert (R. M. 1894 pg. 52) exposuit.

3) Vocis *αναπεσ* alteram l. *α* non agnovi; ceterum de litteris *πεσ* (l. *σ* est superscripta) dubitari non potest, quo signo significari *τυμπανισμὸν ἀναπαιστικόν* et Britanni (pg. 54) et Crusius (104) et Winterus (7, 40) consentiunt. Quod si recte iudicatum est, pro *αισ* scriptum est *εσ*. cf. Mayseri librum: (Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemäerzeit, Leipzig 1906), qui pg. 107 exempla affert. Sed de vocalium mutatione iam postea nonnulla verba erunt facienda. (vel *αναπεσ* = *ἀνὰ πέ(ντε)?*?)

4) De his duobus signis (⏝ et ⏝ ··)[1] quae Winterus

[1]) Crusius has notarum explicationes ad ⏝ scribit:
⏝ = pausa loquendi; actionis musicaeque initium
⏝— = pausa maior.

disseruit (pg. 40—43) ad persuadendum apta esse mihi videntur, qui demonstrat crotala cum tibiis tamquam in imagine coniuncta esse videri sic p. 42 ratiocinans. ‚Quae crotalorum forma quomodo simplicius depingi potest quam duabus illis lineis, quae in media parte alterutram versus curvantur?' et pg. 43. ‚Si vero horum signorum formam cum instrumentorum forma congruere recordamur, forma tibiae optime signo — exprimitur. Monaulus enim hic denotatur.'

Quibus praemissis ad textum conscribendum me convertam non ignorans primos versus in papyro tam mutilata non nisi ad sensum restitui posse.

I.

Col. I. *Α* *ἀλλ' ἵνα διασ]ωθῇς, πορδὴν βάλε*
]Β Πορδήν,
ἣς κράτισται εἶν]αι δοκοῦσι ἀποτροπαί·
ἣ καὶ γνοῦσα πρωκτ]ὸν ἐπιτήδειον ὄντα
ἐμοὶ ἑκάστοτε πέλ]ας ἦν. τοσαῦτα γὰρ
πνεύματα δῆλ]ον ὅτι ἐν τῷ πρωκτῷ μου
οὐκ ἄνευ θεῶ]ν περιφέρω. Κυρία Πορδή, ἐὰν διασωθῶ ἐντεῦθε]ν ἀργυρᾶν σε ποιήσας
προσκυνήσω].
ἀλλ' εἴσιθι νῦν, ὅτι]οὗτοι παραγείνονται. τ̄

Adnotatio critica. 1. *σωθῇς* Ziel(inski), *ἵνα μὴ τρωθῇς* Cr(usius). 2. *πορδήν*; Cr. 3. *αι* legere mihi videbar, G(renfell)-H(unt) *αι. ἰσχυρόταται γὰρ αὗτ]αι* Cr. W(inter). 4. *Αἰόλο]ν*, Zl. unde Cr. tentavit *Αἰόλου ἀσκό]ν, οἶδα τὸν ἐμὸν πρωκτό]ν* Cr. In versibus 3—8 restituendis Sudhausium secutus sum. 5. *ἀεί* Sudh(aus) spatii causa *ἑκ.* substitui. *ασ*, l. *σ* legi, Gr. H. *ασ*, in v. *τοσαῦτα* ego *αυ* discernere non potui. 5—6. *τοσαῦτα γὰρ οὐκ ἀλαζονεύομαι. οἶδα γὰρ] ὅτι* ... W., *δῆλον ὅτι* Sudh., ad quae litterarum vestigia optime quadrare Gr. H. consentiunt. cf. nunc Oxyrh., Pap. V p. 313. 7. *θεάν* W. 8. *δια[φύγω τὸν κίνδυνο]ν* Blass. 8. *διά[σε οἴκαδε σωθῶμεν]* Cr. W. 9. *Δελφοῖς ἀναθήσω* Cr.

De interpretatione velim conferas pg. 15 ssq.

II.

]. . Κοι· αβορατον ⏝
]ωαλαλαγαβρουδιττακοτα
ιδινα
]ρ̣ασαβ̣[[οδωκα]]ραπρουτιννα
]α[ξ]κρατιευτιγα
]μ̣α
[[ ]ωσαδω[ ]]]σχαριμμα ⏝
Β Πρότερον μὲν ὁ πρω]κτός μου ἀπεσφήνω-
το· περιπεσὼν γὰρ ἡμῖν ἐν τ]ῷ πελάγει χει-
μὼν μέγιστος ναυτίαν κ]αὶ ἐρεγμὸν
παρεῖχέ μοι πολύν. — Ἰδοῦ, κ]ατεῖδαν αὐτῶν
τινες ἡμᾶς. — κοι·]λαβαττα ⏝
]τ. πέρδ(εται)Β.
Ἰδοῦ οὐχ ὑπέμειναν τὴν ἀνίκη]τον πορδὴν
τὴν βεβλημένην ἔμοιγε νῦν λελυ]μένῳ.
ὦ κυρία Πορδή, εἰκόνα χρυσ]ῆν σου ποιήσας
προσκυνήσω σε· ἀεὶ γὰρ παρίστ]ασαι μοι· εἰπεῖν
δ' ἔξεστιν, ὅτι εἰς τὸν Ψώλι]χον ποταμὸν
ἀπήλασε τοὺς πολεμίους ὁ ἄν]εμος τῆς πορδῆς
ὁ ἐν τῷ πρωκτῷ μου]κεκρυμμένος.
Κυρία Χαρίτιον, σύ]νχαιρέ μοι λελυμένῳ.
ἀλλὰ τίς ὁ θόρυβος;]Γ. λαλεῖ βα-
. . . .]α. Ζ λεανδα

---

11. ante κοι est spatium duarum litterarum. 12. primam litteram non μ ut Gr. H. sed ω legi. 13. in ρασαβ sunt ρ et σ valde incertae, ρ esse potest ο. In eodem versu legi οδωκα, non οδωσα (Gr. H.) Scriba fortasse l. ρ quoque delevit. 15. μα fortasse λα. 16. χ valde incerta, ante χ Gr. H. σ omiserunt. 17. πάλαι ἀπεσφήνωται Cr.

,Τῶν πορδῶν οὐκ ἀπορήσω. ὁ γὰρ πρω]κτός μου ἀπεσφήνω-
ται, ἀφ' οὗ ἐν τ]ῷ πελάγει χει-
μῶνος γενομένου αἱ τῶν κυμάτων προσβολ]αὶ ἐρεγμόν
μοι ἐποίησαν] W, Primum in v. 18 et v. 19 Crusii verbis usus scripseram:
ἀλλὰ νῦν ὥσπερ ἐν τ]ῷ πελάγει χει-
μὼν οὕτως αἱ πορδ]αὶ ἐρεγμὸν
ποιούντων καὶ γενέσθω, ἃ οὐ κ]ατεῖδαν αὐτῶν
οὐδένες πώποτε. κοι·]λαβαττα ⏝

19. ἐρεγμός=ἐρυγμός Gr. H. 25. χρυσ]ῆν Sudh. cf. pg. 17. 26. δύν]ασαι Gr. H. Cr. παρίστασαι] Sudh. 28. ἐρε]γμός Cr. sed γ ante μ valde incerta, ἄν]εμος Sudh. 29. Ἕλλην ἀνήρ τις] κεκρυμμένος Cr. 30. restituit Cr. qui quidem vocem κυρία omittit. 32. λάλει βαρέως] Cr, βα]ρβαρίζων W, βα[σιλεύς Gr. H. quem nondum adesse Cr. recte adnotat, fortasse βασίλισσα.

Β. οἴ]ομαι αὐτὰς
ἀπὸ κυνηγίου παραγίνεσθαι].
]αλεμμακα ⏝
]ν ⏝—
ὔ]λзν 5ϙ ꞔ ωϙꞔз ϙɩ (sic)

Col. II. Β. δοκῶ χοιριδίων θυγατέρες εἰσί· ἐγὼ καὶ ταύτας
ἀπολύσω. τ̄. πορδ. κοι. αι αρμινθι —⏝τ̄
Β. καὶ αὗται εἰς τὸν Ψώλειχον πεφεύγασι.

III.

Γ. καὶ μάλα, ἀλλὰ ἑτοιμαζώμεθα, [ἐ]ὰ̣ν̣ σωθῶμεν.
Β. κυρία Χαρίτιον, ἑτοιμάζου, ἐὰν δυνηθῇς τι
τῶν ἀναθημάτων τῆς θεοῦ μαλῶσαι.
Α. εὐφήμει· οὐ δεῖ τοὺς σωτηρίας δεομένους με-
θ' ἱεροσυλίας ταύτην παρὰ θεῶν αἰτεῖσθαι.
πῶς γὰρ ὑπακούσονσι ταῖς εὐχαῖς <τῶν> πονηρίᾳ
τὸν ἔλεον μελλόντων π̣αρ[ασπᾶ]σθαι; τὰ τῆς
θεοῦ δεῖ μένειν ὁσίως.
Β. σὺ μὴ ἅπτου, ἐγὼ ἀρῶ. Α. μὴ παῖζε, ἀλλ' ἐὰν παρα-
γένωνται, διακόνει αὐτοῖς τὸν οἶνον ἄκρατον.
Β. ἐὰν δὲ μὴ θέλωσιν οὕτως πείνειν;
Γ. μωρέ, ἐν [τ]ούτοις τοῖς τόποις οἶνος [οὐ]κ̣ ὤνει̣[ος.
λοιπὸν [δὲ] ἐ̣ὰν τοῦ γένους δράξω[ν]τα̣[ι], ἅ̣π̣ερ ἀ̣π̣ε̣ι̣-
θοῦντες ἄκρατον πείνουσιν.

---

36. Cr. ex 203 suppl. Ἄρτεμιν, quod recipere non audeo. 36 post ν Gr. H. signa omiserunt. 30—36 lineola cinguntur, praeterea v. 37 inferiori margini adpictum litteris minutis τὸ εἴσω, quod ad col. IV. 188 sq. huc transponendum rettulerunt Gr. H. Cr. ἢ ὡς μέν[ει Cr. fort. ἢ ὡς μένη. 39. αἱ P. 41. ἐάν non iam agnosci potest. 43. μαλῶσαι a μάλη deduxerunt Gr. H., Cr. et W. coniciunt (ἀ)μαλῶσαι. 47. μέλλοντες P. μέλλοντες παρέχεσθαι G. H. μελλόντων παρελέσθαι Cr. τῶν πονηρίᾳ τὸν ἔλεον μελλόντων παρασπᾶσθαι Sudh. cf. v. 222 τῶν τὸν ἔλεον ἐπισπωμένων. Versuum 52—60 exitus valde sunt deleti, in quibus restituendis Britannos secutos sum. 52. litterae κ altera pars exstat. 53. απερ απει Gr. H. quae recta esse puto. fortasse καίπερ (Gr. H.). ἄπειροι ὄντες vel ἅπερ οἱ πενθοῦντες Cr.

Β. ἐγὼ αὐτοῖς καὶ τὴν τρυγίαν διακο[ν]ῶ.
Γ. αὐτοὶ δὲ οὗτοι λελουμένοι μετά τῶν [γυναικῶν
παραγείνονται. τ. ἀναπεσ(τικός) τ̄ δεο . τ .[. .]οσαλλ . . .

IV.

Βασ. βραθις. κοι(νῇ) · βραθεις. Β. τί λέγου[σι;
Γ. εἰς τὰ μερίδια, φησί, λάχωμεν. Β λάχω[μ]εν. τ
Βασ. στουκεπαιρομελλοκοροκη. Β. βάσκ ’,ἄλασιε.
Βασ. · β]ραθιε ⌣ = βερη · κονζει · δαμνν · πετρεκιω
πακτει · κορταμες · βερη · ιαλερω · δεπωμεν =
πετρεκιω · δαμντ · κινζη · ταξει · ζεβης · δολω ·
βια · βραδις · κοττως. κοι(νῇ) · κοττως.
Β. Κοττως ὑμᾶς λακτίσαιτο. Βασ. ζοπιτ τ̄
Β. τί λέγουσι; Γ πεῖν δὸς ταχέως.
Β. ὀκνεῖς οὖν λαλεῖν; καλήμερε, χαῖρε. ⌣τ
Βασ. ζεισουκορμοςηδε τ̄. Β. ἆ, μὴ ὑγίανον.
Γ. ὕδαρές ἐστι, βάλε οἶνον. τ̄ π^{λ}_{o}
ς. σκαλμακαταβαπτεραγουμι
Ζ. τουγουμμ ⌣ νεκελεκεθρο ς. ειτουβελλετρει
χουπτεραγουμι Β. αἰ ⌣ μὴ ἀηδίαν, παύσασθε. τ =
αἶ ⌣ τί ποιεῖτε; Ζ τραχουντερμανα.

Col. III. ς. βουλλιτικαλουμβαϊπλαταγουλδα = βι[
Β. απυλευκασαρ τ. Β[ασ.] χορβονορβοθορβα[
τουμιωναξιζαεσπιτπλαταγουλδα ⌣ Β[
σεοσαραχις τ Βασ[. . .] ορχδω ⌣ σατυρ[
Βασ. ουαμεσαρασυμψαραδαρα ⌣ ηι ⌣ ια ⌣ δε[. .

55. διακονῶ κο non vidi. 56. fortasse μετιων· 57. post δεο lit. τ mihi certa. 57. αναπεσ P. cf. pg. 4 et 20. τυμπανισμοὶ δ' ἰόντων (πρ)ὸς ἀλλήλους Cr. 60. ἄλαστε certo legisse mihi videor; στουκε Gr. H. fortasse ουουκε. 62. δεπωμενζι, Gr. H. 63. ταξει fortasse π. 63. λολω Gr. H. 66. P habere videtur ταχέος vel ταχῶς. 68. ὑγιαινων P. cf. pg. 20. 70. γουμι P, non γουμμι Gr. H. cf. lin. 72. 74. litteram π non vidi. Post signum βι Gr. H. fortasse ν. 75. απυ Gr. H. ego legi ατυ, l. χ fortasse τ vel. κ. 76. αξιζδε Gr. H. vidi ωτιζα. Post signum ⌣ βι Gr. H. l. ι. non vidi, hic nota Β. quae postulatur, exstare mihi videbatur. 77. ραχις l. χ non vidi; post σατυρ alteram notam Β latere puto. 78. αρεσυ Gr. H. δα Gr. H. ηι ⌣ ια incantamenta papyrorum redolent. Cr.

Β. μαρθα = μαριθουμαεδμαϊμαϊ ⌣ μαιθο[
θαμουναμαρθα ⌣ μαριθουμα = ... τυν[. .
Βασ. μαλπινιακουρουκουκουβι ⌣— καρακο . . . α
Κοι. αβα. Βασ. ζαβεδε ⌣— ζαβιλιγιδουμβα κοι · αβαουν
Βασ. πανουμβρητικατεμανουαμβρητονουν[ε]νι
Κοι. πανουμβρετικατεμανουαμβρητονουενι
παρακουμβρητικατε[μ]ανουαμβρητονουενι
ολυσαδιζαπαρδαπισκουπισκατεμαναρειμαν
ρ[.] δαου ⌣— ουπατ . .α .τε—
Βασ. βάρβαρον ἀνάγω χορὸν ἄπλετον, θεὰ Σελήνη,
πρὸς ῥυθμὸν ἀνέτῳ βήματι βαρβάρ[ῳ χορεύων.
Ἰνδῶν δὲ πρόμοι πρὸς ἱερόθρουν ⌣ δότε [κρότον αὐλόν
Σ]ηρικὸν ἰδίως θεαστικὸν βῆμα παραλ[λάξ.
τ π^{λ}_{o} κρους. κοι. ορκις[ ] Β. τί πάλι λέγουσι;
Γ. ὄρχησαί φησι. Β. πάντα (τα) τῶν ζώντων. τ̄ πορδ.
Γ.] ἀναβαλόντες αὐτὸν ταῖς ἱεραῖς ζώναις κατα[δήσα]τε.
τ π^{λ}_{o} κα τα στο λη.

V.

Β. οὗτοι μὲν ἤδη τῇ μέθῃ βαροῦνται.
Γ. ἐπαινῶ. σὺ δέ, Χαρίτιον, δεῦρο ἔξω.
Α. δεῦ[ρ’, ἄδ]ελφε, θᾶσσον · ἅπανθ’ ἕτοιμα τυγχάν[ει;
Γ. πάντα γ[ά]ρ · τὸ πλοῖον ὁρμεῖ πλησίον. τί μέλλετε;
σοὶ [λέ]γω, πρωρεῦ, παράβαλε δεῦρ’ ἄγων τὴ[ν ὁλκάδα.

80. fortasse θαμονινα. P. habet = non τ. 81. κουβι corr. ο ex υ Gr. H. 83. ουενι Gr. H., ε non adest. 86. πι legere non potui. Ante αρειμαν signum non vidi, =? Gr. H. 87. ριδαου Gr. H. P. habet ἀνέτῳ non ἄνετον? Gr. H., cum scriba nunquam litteram ν hoc modo scribat. vocis βαρβάρῳ litt. ω non iam legi. προβαίνων supplev. Gr. H., χορεύων Sudh. 90. τύπανον Gr. H., τυπανισμόν Cr., κροταλισμόν W., κρότον αὐλόν Sudh. 91. θεαστικόν non certo legi, παραλ vidi, παραλ Gr. H. 93. τά post πάντα ‘delendum esse verisimile est’ Sudh. cf. pg. 25. l. fortasse ρ Gr. H. 94. ἵεραῖς P. apud Wesselium l. c. litt. i semper duobus punctis superscriptam invenimus. Eo loco papyro laesa nota Γ in margine deleta esse potest. 95. καταστολή=καταστροφή cf. schol. Arist. pac. 1204. Gr. H. 97. επαι lit. i vidi. 98. ἆρα πάνθ’ Cr., ἅπανθ’ P. 99. γάρ Gr. H. et l. γ satis lucide agnoscitur. 100. τὴ[ν ναῦν ταχύ Gr. H. ὁλκάδα Sudh. littera prima versus fortasse π Gr. H., ego l. σ certo legere mihi videbar.

A. ἐὰν π[ρῶ]τος ἐγὼ ὁ κυβερνήτης κελεύσω.
B. παλιλαλεῖς, καταστροφεῦ;
ἀπο[λ]ίπωμεν αὐτὸν ἔξω καταφιλεῖν<τὸν>πύν[δακα.
Γ. ἔνδον ἐστὲ πάντες; κοι. ἔνδον. *A.* ὦ τάλαιν[α συμφορᾶς.
τρόμος πολύς με τὴν παναθλίαν κρατεῖ
εὐμενής. δέσποινα, γείνου, σῶζε τὴν σὴν πρό[σπολον.

Col. IV. vs. sched.

ζ. κυρία Χαρίτιον, σύνχαιρε τούτ]ων μοι
λελυμένῳ.
A. μεγάλοι οἱ θεοί.
B. ποῖοι θεοί, μωρέ; πορδή.
A. παῦσαι ἄνθρωπε.
ζ. αὐτοῦ με ἐγδέχεσθε, ἐγὼ δὲ πορ[ευ-
θεὶς [[ποιήσω]]τὸ πλοῖον ἔφορμον
ποιήσω.
A. πορεύου· ἰδοῦ γὰρ καὶ αἱ γυναῖκες
αὐτῶν ἀπὸ κυνηγίου παραγίνοντ[αι.
B. οὖ, πηλίκα τοξικὰ ἔχουσι·
Γυν. κραυνου. *Ἀλ.* λαλλε
Ἀλ. λαιταλιαντα λαλλε αβ . . αιγμ
Ἀλ. κοτακως αναβιωσαρω
B. χαίρετε ⸏
Κοι. λασπαθια ⸏

---

101. πρώτως fortasse Gr. H, ego non consentio. ἐγω legi, ἐγω Gr. H. 103. ante πύνδακα Gr. H. τόν inseruerunt. 104. ὦ τάλαιν'[ἐγὼ κακῶν supplevit Schröder. Cr, ὦ τάλαιν[α συμφορᾶς Sudh. cf. pg. 14. 106. πρό[σπολον] rest. Gr. H. Iam commemoro me versus 96–106 hoc loco ita scripsisse ut papyrus habet, non ut rem metricam respicienti mihi scribendi esse videntur, qua de re postea planius disseremus cf. Gr. H. pg. 55 et Cr. pg. 106/7. Versus 188–205 dittographia sunt versuum 30–36, versus 207–230 versuum 38–57 Cr. 188. τούτων Gr. H., τούτῳ Cr. Post ἔφορμον Gr. H. et Cr. uncum ponunt, sed vs. 193 intuenti post ἔφορμον nihil iam deletum esse mihi videtur, nec aliter in versu 196 rem se habere puto. In versibus 218, 224, 225 quoque falso a Britannis uncos esse positos pro certo habendum est, cum spatium vacet. Accedit quod in hac columna pronuntiati finis cum versus exitu concurrit. 198. οὖ = οὐά Gr. H. 200. αβ . . αιγμ Gr. H, primo conieceram αβ[ορ]ατον, (11) sed litterarum vestigia non satis conveniunt. 201. σαρα Gr. H., fortasse συρω.

B. αἴ, κυρία, βοήθει.
A. αλεμακα ⏑— κοι. αλεμακα
A. παρ' ἡμῶν ἐστι· οὐκ ἦλθε μὰ τὴν Ἄ[ρτεμιν πολέμιος.
ταλαίπωρε, δόξασαί σε πολέμ[ιον
εἶναι παρ' ὀλίγον ἐτόξευσαν.
B. πάντα μοι κακά· θέλεις οὖν καὶ [ταύ]τ[ας
εἰς τὸν Ψώλιχον ποταμὸν [καταβάλω;
A. ὡς θέλεις. τ *B.* πορδ.
Κοι. μινει.
ζ. Κυρία Χαρίτιον, καταρχὴ ν[ῦν ἀγαθοῦ
ἀνέμου, ὥστε ἡμᾶς πε[ράσαντας
τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος ὑπ[οφυγεῖν.
ὥστε εἰσελθοῦσα τὰ σε[αυτῆς ἆρον
καὶ ἐάν τι δύνῃ τῶν ἀν[αθημάτων
τῆς θεοῦ βάστασον.
A. σ[ω]φ[ρό]νησον, ἄνθρωπε, ο[ὐ δεῖ τοὺς σω-
τηρίας δεομένους μετ[ὰ ἱεροσυλίας
ταύτην ἀπὸ θεῶν αἰτε[ῖσθαι.
πῶς γὰρ ὑπακούσουσιν αὐ[τῶν τῶν πονη-
ρίᾳ τὸν ἔλεον ἐπισπωμ[ένων;
B. σὺ μὴ ἅπτου. ἐγὼ ἀρῶ.
ζ. τοίνυν τὰ σεαυτῆς ἆρον.
A. οὐδ' ἐκείνων χρείαν ἔχω. μόν[ον τὸ πρόσω-
πον τοῦ πατρὸς θεάσασ[θαί μοι γένοιτο.
ζ. εἴσελθε τοίνυν. σὺ δὲ ὀψόμ[ενος πρόσιθι, ὅπως
διακονήσῃς ἀκρατέστερ[ον τὸν οἶνον
διδούς. αὐτοὶ γὰρ οὗτοι πρ[οσέρχονται

---

204. βοήθει l. i. non vidi. 206. P. habet ante v. 206 *B*, ante v. 207 *A*. Sed in utroque versu Charitium loqui Sudhausius me docuit. Idem versus 206 sensum hoc modo restituisse mihi videtur cf. pg. 21, ἤλεω P., ἦλθε Sudh. *οὐ κηλεῖν might be read.* Gr. H. οὐκ ἔλεος Cr. Ἀ[θήνην Gr. H., Ἄρτεμιν Cr. 208. παρ' ὀλίγον altera ο corr. ex α. 209. ego ι non iam vidi. κα[ὶ ταύ]τ[ας φεύγειν Cr., sed verbo φεύγειν spatium non est datum. Tum ex vs. 38 ἐγὼ καὶ ταύτας ἀπολύσω vivaciorem actionem exspectamus pg. 29. καταρχὴ ν]ῦν ἀγαθοῦ ἀνέμου Sudh.; καταρχὴ[ν βλέπω Gr. H., εἶδον Cr. Non multa sunt adnotanda, praesertim cum P. omnino non difficultates praebeat. Singulorum versuum lacunas Gr. H. expleverunt (cf. alteram versionem). 222. αὐτῶν Gr. H., τῶν addidit Sudh. cf. etiam spatium plenorum versuum, αὐτοί Cr. 226. μόνον δέ Gr. H. Cr., ego δέ omisi. 227. γένοιτο addidi Sudhausio auctore.

Caput II.

De argumento fabulae.

Mimi nostri exordium non integrum est traditum. Nam cum Charitium, quae Lunae sacerdotio praeesse videtur (v. 88 ss.), quo pacto e barbarorum manibus evaserit, intellegamus, contra quo modo in illas regiones pervenerit quibusque causis commota quibusve rebus coacta sacerdos facta sit, nequaquam comperimus. Neque falso Britannos iudicasse puto (Oxyrh. p. III, pg. 42), *Charition had not improbably been carried off in the usual way by pirates, and so come into the hands of the barbarians,'* quam sententiam et Crusius et Winterus sequuntur. Quae opinio ea re maxime confirmatur, quod et in mimis et in scriptorum eroticorum operibus saepius eadem tractari demonstratum est (cf. Sudh. l. c. pg. 267 et Wint. pg. 20—30 et quae testimonia ipse suis locis attuli). Sed ut exponat, cur Charitium sacerdos facta sit, Winterus ad Xenophontem Ephesium se applicans 'Verisimillimum autem est, inquit, Charitium quoque in Dianae sive Isidis templum confugisse, ut Indorum regis cupiditatem effugeret, ut Antheia ipsa in templum Isidis confugit', quae causa valde probabilis esse mihi videtur praesertim cum, rem si ita statuimus, vestigia quoque rerum eroticarum in hoc mimo inesse videamus. Similia autem in Euripidis Iphigenia Taurica et Helena, quibus Cyclops addendus est, inveniri Crusio auctore Winterus (pg. 24-28) exponit, qui quidem mimographum non nisi de Iphigenia argumentum mutuatum esse existimat. Sed iisdem fabulis iterum comparatis non omnes, quae in Cyclope et Helena cum Charitio insunt similitudines Winterum attulisse ratus singula recensebo.

Atque primum quidem ad Helenam cum nos convertimus, praeter similitudines a Wintero allatas iam haec mihi afferenda esse puto. Ut versibus 273—75

πατρίδος θεοί μ'ἀφιδρύσαντο γῆς
εἰς βάρβαρ' ἤθη, καὶ φίλων τητωμένη
δούλη καθέστηκ' οὖσ' ἐλευθέρων ἄπο.

quae Helenae sint res optime illustratur, ita his in verbis nihil inest, quod non in Charitii res quadret. Sed mulierum non modo res, sed etiam mores simillimi nobis videbuntur hos locos comparantibus

Hel. 1030.	Char. 44.
οὐδείς ποτ' ηὐτύχη-	*οὐ δεῖ τοὺς σωτη-*
σεν ἔκδικος γεγώς,	*ρίας δεομένους μεθ'*
ἐν τῷ δικαίῳ δ'ἐλπί-	*ἱεροσυλίας ταύτην*
δες σωτηρίας et 903:	*παρὰ θεῶν αἰτεῖσθαι.*
μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς	*Πῶς γὰρ ὑπακούουσι*
τὴν βίαν, τὰ κτητὰ	*ταῖς εὐχαῖς τῶν πονη-*
δὲ κτᾶσθαι κελεύει	*ρίᾳ τὸν ἔλεον μελ-*
πάντας οὐκ ἐς ἁρπα-	*λόντων παρ[ασπᾶ]-*
γάς cf. 766.	*σθαι;*

In versibus 742—45 post *ἀναγνωρισμόν*, ut graeco verbo utar, de salute deliberant.

κεἰ τήνδε πως δυναίμεθ' ἐκκλέψαι χθονός,
φρουρεῖν ὅπως ἂν εἰς ἓν ἐλθόντες τύχης
ἐκ βαρβάρων σωθῶμεν, ἢν δυνώμεθα.

ad quae velim conferas ‚Charitii' vs. 41.

Denique ut in mimo barbarorum mulieres ita in Helena Theoclymenus venatum discessit vs. 151—155: *σὺ δ' ἐκλιπὼν*

γῆν τήνδε φεῦγε πρίν σε παῖδα Πρωτέως
ἰδεῖν, ὅς ἄρχει τῆσδε γῆς· ἄπεστι δὲ
κυσὶν πεποιθὼς ἐν φονοῖς θηροκτόνοις·
κτείνει γὰρ Ἕλλην' ὅντιν' ἂν λάβῃ ξένον. cf. 468.

Praeterea autem tot similes loci inveniuntur, ut nesciam, num omnes, quos per se stantes nihil valere non ignoro, casui debeamus tribuere:

Hel.	Char.
130. *μέσον πειρῶντας πέλαγος*	*κυρία Χαρίτιον,*
1663. *πνεῦμα δ' ἕξετ'*	*καταρχὴ ν[ῦν ἀγαθοῦ*
οὔριον. 1073 *πόμπιμοι*	*ἀνέμου, ὥστε ἡμᾶς*
μόνον λαίφει πνοαὶ	*πε[ράσαντας] τὸ Ἰνδικὸν*
γένοιντο καὶ νεὼς	*πέλαγος ὑποφυγεῖν.*
δρόμος.	

In utriusque fabulae parte extrema gubernator vel portisculus ad festinandum hortatur (cf. Hel. 1595 cum Char. 101). Similes quoque sunt precationes 1441:

Μεν. ὦ Ζεῦ, πατήρ τε καὶ σοφὸς κλῄζει θεός,
βλέψον πρὸς ἡμᾶς καὶ μετάστησον κακῶν

et ut alia omittam iam affero:

Hel. 818. *ἴστε ἔνδον.*	Char. 104. *ἔνδον ἐστέ;*
1593. *τί μέλλετ', ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα*	90 *τί μέλλετε;*
Hel. 240. *ὦ τάλαινα συμφορᾶς·*	unde Sudhausius versus 104 restitutionem hausit: *ὦ τάλαιν*[*α συμφορᾶς*] cf.(Hippol. 1407, Med. 34, Jon. 763).

Nec minus quam Helenae ei, qui mimum perlegerit eiusdem poetae C y c l o p i s in mentem veniet, qua in fabula Polyphemus eodem modo, quo rex Indorum obtunditur. Nec tamen pro certo est habendum mimographum rationem illam, qua homines vino oppressi decipiuntur de uno Euripidis Cyclope derivasse, cum eadem ratio saepius occurrat. Exempli gratia afferantur Cratini Ulixes, cuius fabulae argumentum fuisse Cyclopeam docent fragmenta cf. Kock Crat. frg. 135 —150. cf. Kaibel, Herm. 1895 pg. 71 ssq. (Winterus aliud exemplum affert Apul. met. 7,12). Sed tamen nostrum mimum cum Cyclope cohaerere verisimile esse credo. Nam in illa obtundendi ratione stupidus quodammodo Sileni personam sustinere videtur et frater partes Ulixis, qui identidem Cyclopem ad bibendum incitet (cf. 570 *ἰδοὺ λαβὼν ἔκπιθι καὶ μηδὲν λίπῃς* cum 66 *πεῖν δὸς ταχέως* et 69 *βάλε οἶνον*) et ipso quoque consilio confecto (cf. 420 *γιγνώσκων ὅτι τρώσει νιν οἶνος* et 591 *ὕπνῳ παρειμένος* cum vs. 96 *οὗτοι μὲν ἤδη τῇ μέθῃ βαροῦνται*) res agendas perficit.

Nec aliae similitudines desunt. In utraque fabula ab advenis demum vinum affertur, quo barbari obtundantur, et hic quoque Cyclops venatum discessit.

Cycl. 130.	Char. 196.
φροῦδος πρὸς Αἴτνην θῆρας ἰχνεύων κυσίν	*καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἀπὸ κυνηγίου παραγίνονται.*
193 *Κύκλωψ ὅδ' ἔρχεται*	

Et nescio an versus 525—527:

Κυ. θεὸς δ' ἐν ἀσκῷ πῶς γέγηθ' οἴκους ἔχων;
'Οδ. ὅπου τιθῇ τις ἐνθάδ' ἐστὶν εὐπετής.
Κυ. οὐ τοὺς θεοὺς χρῆν σῶμ' ἔχειν ἐν δέρμασιν

cum primis mimi verbis comparare possimus scurrilitate magis quam genere distantibus. Denique similitudinem afferre liceat per se incertam. Quicunque concedit me de mimi prologo (pg. 16) et de rebus scaenicis (pg. 18) probabiliter disseruisse, ei Cyclopis prologi in mentem veniet. Ibi enim Silenum querellas facientem audimus, quod cum satyris ad Aetnam tempestate delatus sit

v. 21 *ἵν' οἱ μονῶπες ποντίου παῖδες θεοῦ*
Κύκλωπες οἰκοῦσ' ἄντρ' ἔρημ' ἀνδροκτόνοι

et in versu 85 idem exclamat:

ὁρῶ πρὸς ἀκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος.

His propositis nemo iam neget optime fieri posse, ut ex his quoque fabulis modo tractatis argumenti pars hausta sit. Sed iam ad mimum ipsum interpretandum aggrediamur.

Caput III.

Interpretatio.

Iam vidimus exordium esse amissum, quod quem ad modum initium capere possit loco ex Heliodoro (pg. 323 [30 ssq.]) hausto commode illustrare possumus. *Ὦ πάσης τροπῆς ἀνάμεστον καὶ ἀσταθμητότατον τύχης ἀνθρωπίνης κίνημα· ὅσην παλίρροιαν κακῶν ἐπί τ' ἄλλων δὴ πολλῶν πολλάκις καὶ κατ' ἐμοῦ πεφιλοτίμησαι· γ έ ν ο υ ς μ ὲ ν κ α ὶ ο ἰ κ ί α ς π α τ ρ ῴ α ς ἐ σ τ έ ρ η σ α ς, π α τ ρ ί δ ο ς δ ὲ κ α ὶ π ό λ ε ω ς κ α ὶ τ ῶ ν φ ι λ τ ά τ ω ν ἐ ξ έ ν ω σ α ς Α ἰ γ υ π τ ί ᾳ μ ε γ ῇ . . . π ρ ο σ ώ κ ε ι λ α ς* etc. et Charitio quaerimonias habente vindices

nave advectos esse verisimillimum est. Tum ancoris iactis stupidus in scaenam prodit quem iam ante primam quam manibus tenemus scaenam cum Charitio confabulari putandum est. Nam si v. 44 demum Charitium in scaenam prodiret, sero prodiret. Stupidus enim versu 30 exclamans, *Χαρίτιον σύνχαιρέ μοι λελυμένῳ*' iam scire debebat Charitium adesse vel in templo esse, id quod nisi Charitium iam antea in scaenam prodierat, scire non poterat. ,*Ἀναγνωρισμός*' igitur antecedere debebat. His quoque de causis perspicuum esse mihi videtur iam initio Charitium verba fecisse. Nec minus postulatur, ut stupidus quae suae sint res narret, ad quae illustranda optimo iure me afferre credo, quae Poppelreuter (de comoediae Atticae primordiis Berl. 1893) in pg. 27 exposuit,, Ipse quoque in vico Brandoburgensi vidi puparum apparatu peractam comoediam popularem, quae . . . magnae mihi voluptati erat neque planius quod eam describo, quaestionem ad ineptias deflectere mihi videor. Casperle, quem vocant, sannio, cum prologo spectatoribus exposuisset, quis esset, qua in condicione viveret, quo loco res ageretur, tum procul negotiis capere quietem sibi esse in animo dixit. Quod cum vixdum facere pararet, molestissimi advenae apparuerunt: exactor vectigalium, institor, iudaeus polonicus, alii typi populares, quos, cum singulos ad rei publicae statum atque administrationem alludens, aliquantulum temporis ludibrio habuisset, postremo verberibus spectantium cum risu expulit'. Etiamsi enim stupidus ille et noster non nihil inter se differunt, tamen personas ipsas fere easdem esse nemo negabit neque iniuria concludere nos posse credo nostrum quoque stupidum exposuisse, ,quis esset' et, qua in condicione viveret' et quibus cum hostibus rem haberet quibusve armis victurus esset (cf. Dicaeopol. Ar. Ach. vss. 1—39 ssq.) Prima autem verba tradita (-*ωϑῆς πορδὴν βάλε*) stupidus non locutus est neque satis apparet, cui personae sint tribuenda, quam quidem quaestionem non tanti momenti esse puto. Winterus autem (45) — Britanni primos versus silentio praetermittunt — prima verba stupidi socium quendam loquentem facit, qui ei capto consilium pedendi det, quam sententiam me sequi non posse confiteor. Nec magis mihi persuadetur fratrem

Γ iam initio in scaena versari cf. pg. 18. Primum enim me offendit, quod stupidus solus captus est, socius non. Stupidus enim liberatus non nisi de se ipso verba facit exclamans (v. 30) *σύνχαιρέ μοι λελυμένῳ*, quem eundem casum singularem in primo quoque versu . . . *ωϑῆς* et in v. 8 *ποιήσας* invenimus. Quid autem socio faciamus? Eadem de causa quae Crusius, quem Winterus sequitur, in versu 8 scripsit *ἐὰν διὰ σὲ σωϑῶμεν* recta esse non possunt. Nam si Crusius recte iudicasset, in versu 30 exstare deberet *σύνχαιρε ἡμῖν λελυμένοις*. Tum in verbo *λελυμένῳ* non sensus inest »solutus« sed »liberatus«, quod stupidus exclamat, postquam ,molestissimos advenas' expulit.

In versu 9 Crusii supplementum *Δελφοῖς ἀναϑήσω* e. g. propositum immutavi, cum haec verba mimo nostro in Aegypto acto parum convenire viderentur.[1])

Inde a versu 10. Charitium templum intrare puto quae si adesset stupidi facetias moleste ferret. Tum stupidus solus in scaena relinquitur, qui non sine multis gestibus versus 17—20 profert.[2])

Versibus 23—29 et a Crusio et a Wintero omissis ut sensum addere possimus, haec nobis sunt praemittenda. E verbis traditis satis lucide apparet stupidum salutem precari (vss. 7 et 8 *κυρία Πορδὴ, ἐὰν δια . . . ἀργυρᾶν σε ποιήσας*) et re vera servari (v. 30 *σύνχαιρέ μοι λελυμένῳ*). Post peditum autem stupidus loquitur (22. *περδεται B.*) et voce *πορδή* utitur. Quae cum ita sint, veri simillimum esse mihi videtur eum his versibus primum pediti vim depingere deinde deae gratias agere. Et ad hunc sensum coniecturam meam accomodavi. Sed iam adnotem in vss. 24 et 25 restituendis vss.

[1]) Sed ad ipsa Crusii verba cf. Pl. Phaedr. 235 d: *ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναϑήσειν.* Ceterum in v. 25 *χρυσ]ῆν* recte suppletum esse verissimile est cf. Plaut. Bacch. 640: huic decet statuam statui ex auro, Curcul. 139: vineam pro aurea statua statuam.

[2]) Quos ut illustrem iam nonnullus locos afferam. Ar. nub. 164—65:
. . *τὸν πρωκτὸν ἠχεῖν ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος* (cf. v. 28 *ἄν]εμος.*)
Στρ. σάλπιγξ ὁ πρωκτός ἐστιν ἄρα τῶν ἐμπίδων.
Ar. pac. 101. *τοῖς τἀνϑρώποισι φράσον σιγᾶν*
καὶ τοὺς πρωκτοὺς ἐπικλείειν.
Ar. nub. 392—94 *σκέψαι τοίνυν ἀπὸ γαστριδίου τυννουτουὶ οἷα πέπορδας·*
τὸν δ' ἀέρα τόνδ' ὄντ' ἀπέρατον, πῶς οὐκ εἰκὸς μέγα βροντᾶν;
ταῦτ' ἄρα καὶ τὠνόματ' ἀλλήλοιν, βροντὴ καὶ πορδή, ὁμοίω.

8 et 30 me respexisse, quippe qui in eadem verba desinerent (ἀργυρᾶν σε ποιήσας — ην σου ποιήσας, λελυμένῳ-μενω) et versuum 27 et 28 sensum firmari versu 40 (καὶ αὗται εἰς τὸν Ψώλειχον πεφεύγασι).

Inde a versu 30 stupidus gaudio elatus ad templum se convertit et Charitium hortatur, ut de salute secum laetetur. Atque Crusius quidem hunc versum fratrem ‚a barbaris captum et templo inclusum' loquentem facit. Sed quo modo fieri poterat, ut frater se esse liberatum exclamaret, qua de re nihil comperimus? Solo enim stupidi adventu nondum erat servatus neque verbum λελυμένῳ eloqui poterat. Nec magis Winteri verba (pg. 45) ‚eodem modo praeterea ς vel ζ ex hostium manibus liberatur' probanda videntur. Sin autem Crusium sequimur, quaerendum est, quid prior scaena sibi velit, cum sententiarum ratio deesse mihi videatur. Quae verba si stupido dederis, omnes difficultates erunt sublatae.

Ceterum non habemus, cur in hoc versu explendo cum Crusio vocem **Κυρία** omittamus, cum et versu parallelo 188 legatur κυρία et in vs. 42 Charitium κυρία vocetur.

Sed ad sequentem versum interpretandum nos longius repetere necesse est. Scaenicas res si ita esse statuimus, ut templum ad mare sit situm in acclivi colle, unde liber sit et ad mare et ad terram prospectus scaenae commutationem fieri non opertet. Graeci enim non procul a templo ad ancoras consistunt. Itaque quae ante templum gerantur, optime prospicere possunt. Quam ob rem barbaris fugatis ii, qui in nave remanserant, in terram escendere ausi ad templum veniunt. Aliquo enim modo hae personae in scaenam sunt ducendae, id quod hoc modo non inepte fieri credo. In his est Charitii frater, qui cur non primus in terram progressus sit, non comperimus. Is autem littera *Γ* significatus versu 31 loquitur.

Hoc in versu Crusius scripsit λάλει βα[ρέως, quod mihi non placet, cum nihil interesse putem, an stupidus rauca voce loquatur necne. (Ceterum cf. I 257 βαρέως = rauh). Quod si fratris vel utriusque interesset, stupidus summissa voce loqui debebat, quem sensum v. βαρέως non habet cf. Ar. nub. v. 716.

Ego in versibus 31—34 restituendis maxime alteram versionem respexi, quo modo v. 30 recte suppletum esse iam vidimus.

In versu 33 e voce αὐτάς elucere mihi videtur mulierecularum iam priore versu mentionem factam esse (cf. v. 196 ἰδοὺ καὶ αἱ γυναῖκες . . . παραγίνονται). Versum denique 34 plane ex altera versione ausus sum haurire, cum mirum esse mihi videretur venationem in altera parte commemorari, in altera non, quam quidem coniecturam infirmam esse non nego.

Sed ad sequentes versus nos convertamus, qui cum integri sint traditi, non ita multas difficultates praebent.

Ad versum 38 Winterus (pg. 46) adnotat ‚haud scio an pedita stupidus porcorum filias appellet, quas ipsas quoque soluturum se esse promittat', quam opinionem propterea rectam non esse puto, quod in versu 40 verba καὶ αὗται ad verba χοιριδίων θυγατέρες pertinere verisimile est. Deinde iam antea mulieres sunt commemorandae, id quod verbo αὐτάς non satis lucide expressum esse mihi videtur.

50. Charitium barbaros redituros esse non nescit, itaque spatio deliberandi dato, ut vino opprimantur suadet et post versum 55 stupidus vel alius quidam socius e scaena recedit vini arcessendi causa, qui cum rex versu 58 loqui incipit iam revertit.

In versu 52 dubitari potest utrum significetur eam regionem vinum non ferre, id quod Winterus putat (pg. 25). (cf. Kock frg. pg. 35) an religione vetitum sit vinum bibere, quem sensum ego Britannorum emendatione (ἀπειθοῦντες) commotus statuo. Crusii autem ἄπειροι ὄντες teneri non potest, cum in his verbis littera θ, de cuius lectione ambigi non potest, non exstet.

Ad versus 53 et 54 afferam, quae in Drosillae et Chariclis rebus legimus:

I 162 τὸ βάρβαρον φύσει γὰρ ἐγχαίρει μέθαις,
φιλεῖ δὲ τρυφαῖς ἐκδίδοσθαι καὶ πότοις,

nec alios ipsorum esse Indorum mores nos docet Athenaeus 437a ἔθηκε δέ (Ἀλέξανδρος), φησί (Χάρης), καὶ διὰ τὴν φιλοινίαν τῶν Ἰνδῶν καὶ ἀκρατοποσίας ἀγῶνα

καὶ ἦν ἆθλον τῷ μὲν πρώτῳ τάλαντον, τῷ δὲ δευτέρῳ τριάκοντα μνᾶς καὶ τῷ τρίτῳ δέκα. τῶν οὖν πιόντων τὸν οἶνον παραχρῆμα ἐτελεύτησαν ὑπὸ τοῦ ψύχους τριάκοντα καὶ πέντε, μικρὸν δὲ διαλιπόντες ἐν ταῖς σκηναῖς ἕξ (b). *ὁ δὲ πλεῖστον πιὼν καὶ νικήσας ἔπιε μὲν ἀκράτου χοᾶς τέσσαρας καὶ τὸ τάλαντον ἔλαβεν, ἐπεβίωσε δὲ ἡμέρας τέσσαρας. ἐκαλεῖτο δὲ Πρόμαχος.* Quo loco perlecto non iniuria concludi posse puto eos, qui verbis *πρόμαχοι* et *πρόμοι* (v. 90) significantur, easdem agere partes. Certe quidem Indorum mores quales e nostro mimo cognoscimus hoc exemplo optime illustrantur.

Ex sequentibus versibus iam nonnulla verba Graeca praecipiam. Ad vs. 60 cf. Ar. Thesmoph. 784 *βάσκετ'* et Plaut. Pseud. 241 *loquere atque i in malam crucem* et al. V. 66. *πεῖν δὸς* cf. Wessely l. c. pg. 41[807] *δώσει πεῖν*. 69. Idem *βάλε οἶνον* invenimus in Anacreonteis 50. *δὸς ὕδωρ βάλ' οἶνον* et velim conferas Wessely l. c. 328 *βαλὼν εἰς αὐτὸ ὕδωρ* et vs. 662 *βάλ' ἔλαιον* et 224.

In vs. 68. papyrus habet *αμηυγιαινων*, quorum verborum sensum ‚curiosum' illud, quod Blassius vocavit (Herm. 1899, 312), indicare videtur. Eo enim loco filius domi relictus patri scribit: *οὐ μὴ γράψω σε ἐπιστολὴν οὔτε* (intell. bis *οὐδέ*) *λαλῶ σε οὔτε ὑγιένω σε* (und gesundheite dich nicht fortan). cf. Ar. Eccl. 477. *ἀλλ' εἶμι· σὺ δ' ὑγίαινε καὶ σύ γ'*. Et in *μη υγιαινων* inesse *μή ὑγίανον* veri simillimum est. Idem enim mendi genus, ut alia omittam, invenies in libro, qui inscribitur, notices et extraits des manuscrits de la bibliotheque imperiale (XVIII, Paris 1865) bis et in pg. 285 et 312 *καὶ αὐτὸς δ' ὑγίαινον*, quae eadem forma exstat apud Wesselium l. c. 263, qua re coniectura nostra firmata esse videtur. De litteris autem *ω* et *ο* mutatis velim conferas Mayser pg. 97[1])

Sed in hac vocalium collisione commemorare liceat in

---

[1]) Der quantitative und qualitative Unterschied der beiden O-Laute ... wird seit dem Beginn des 2. Jahrh. v. Chr. verwischt. *ο* und *ω* werden vielfach vermengt.' cf. Weil papyr. III[14] *τὸ παρὼν* etc. et Radermacher: griech. Sprachgebrauch Phil. 1903, 5.

versu 39 *ἀπολύσω* fortasse esse *ἀπολούσω* (cf. v. 56 *λελουμένοι*); vocem *ἀπολύσω* me non intellegere confiteor (cf. Mayser pg. 357 et Wilcken. Herm. 28 pg. 231 *ὑπάρχυσαν = ὑπάρχουσαν*); Verum tamen in versu 206 *ηλεω* pro *ἔλεος* scriptum esse, id quod Crusius putat, verisimile non est. Pergit enim Charitium postquam ad defendendum stupidum clamavit *παρ' ἡμῶν ἐστι*,[1]) i. e. nostratium est: *οὐκ ἦλθε μὰ τὴν Ἄ[ρτεμιν ἐπὶ βίᾳ* vel. sim.

In versu 56 non *μετὰ τῶν[γυναικῶν* addendum esse Winterus putat, cum in sequentibus versibus nusquam mulierum mentio fiat. Eos enim actores, qui paulo ante mulierum partes egerint, vestimentis mutatis virili habitu ac vestitu in scaenam progredi. Sed Winterus mihi non persuadet, praesertim cum mimos quoque in magnis theatris actos esse constet, scaenicae igitur difficultates facile potuerint expediri. Sed tamen illud supplementum est incertum.

In versu 57 barbari iterum in scaenam progrediuntur, quorum de lingua pauca liceat proferre. Ut antea versus corrupti maximas difficultates praebebant, ita nunc b a r b a r o r u m v e r b a, quibus quae contineantur num unquam plane nos percepturi simus dubito. Ceterum in fabulas externam linguam inseri saepius invenimus, ut exempla afferam Plaut. Pers. 194, Poen. 930 ssq. Aristoph. Ach. 100, 901, av. 220, Eccles. 1170, Lys. 168 neque negari potest nostris quoque temporibus rebus peregrinis verbisque risum facile moveri. Indiam autem tum maxime Graecorum studia excitasse scimus et velim conferas, quae exposuit Beloch: Griechische Geschichte III, pg. 291 »Auch die Küsten des i n d i s c h e n Ozeans werden jetzt dem griechischen Handel geöffnet. Schon Alexander hatte in der Indusmündung eine Hafenstadt angelegt. . . . 292. Sehr viel mehr haben die Ptolemäer für die Erschließung des indischen Ozeans getan. Bereits unter Soter haben die Entdeckungsfahrten auf dem roten Meere begonnen . . . Unter Philadelphos und Euergetes wurde dann längs der afrikanischen Küste von dem Golf von Sues bis zur Straße von Bab el Mandeb eine ganze Reihe von Handelsfaktoreien angelegt . . . Zur Ver-

---

[1]) cf. Radermacher, Philol. 1904, pg. 11.

bindung des roten Meeres mit Alexandreia wurde der Kanal wieder hergestellt und für große Lastschiffe fahrbar gemacht, den schon Dareios I. vom östlichen Nilarm nach den Bitterseen geführt hatte . . . Auch die Anbahnung direkter Beziehungen mit Indien hat Philadelphos versucht.«

Sed ad nostros versus quantum fieri potest explicandos nos convertamus.

Iam antea (vs. 11—16 et 35—37) verba barbara occurrunt, quibus nihil aliud significari iudicavi quam hominum appropinquantium tumultum, quem iam augeri musicorum instrumentorum strepitu apparet. Sed tamen fieri non posse quin haec barbarorum verba sensu careant et *sint of an imaginary nature* (Gr. H. pg. 43), Sudhausius me docet. Primum enim in his versibus certam diligentiam adhibitam esse videmus, cum plures litterae uncis sint inclusae. Deinde in v. 13 non sine ratione correctum esse potest, ad quae demonstranda illos versus huc afferam

Κοι. αβορατον
μαλαλαγαβρουδιττακοτα
αδινα
ρασαβ[[*οδωσα*]]*ραπρου τιννα*
α[*ξ*]*κρατιευτιγα*
[[ ] *ωσαδω* [·]]] *χαριμμα*

Denique alterius schedae verbis cum alterius compositis non casu verba similia exstare possunt.

11	200
αβορατον	*αβ . . α*
12	201
κοτα	*κοτα*
31	190
λαλει	*λαλλα*
32	200
λεανδα	*λιαντα*
39	204
αι	*αι*
αρμινθι	212 *μινει.*

Quae cum ita sint etsi studium etiam magis excitatur, tamen non facile cuiquam continget, hos versus ut explanet.

In vs. 58 et ssq. primas partes barbarorum agit rex, quem stupidus compellat et eludit, quotiens verba eius mente comprehendere non potest. Is autem summa cum animi tranquillitate stupidi verba neglegit. Primum verbum rex loquitur *βραθις* et frater *μεριδια* vel simile aliquid audire sibi videtur sicut postea ex voce 65 *ζοπιτ* audire sibi videtur — *δός πεῖν* (66) = *πῖν*. Sed id quoque fieri poterat, ut frater regis consilia e gestibus quibusdam cognosceret. Hultzschius quidem in Herm. tom. 1904 pg. 307 sq. dicit *βραθις* esse ber âdisu. Sed non minus verisimile est verbo *βραθις* longe aliud significari et fratrem id tantum percipere quod velit, cum maxime eius intersit barbaros vino opprimere. Ad quae demonstranda velim conferas, quae alia verba frater in hac mimi parte faciat v. 63 *πεῖν δὸς ταχέως* et v. 69 *ὕδαρές ἐστιν, βάλε οἶνον*. Sic enim cum interpretamur, statuere non debemus fratrem barbarorum linguae peritum fuisse, quae Winteri sententia minime mihi placet. Etsi enim illis temporibus (cf. pg. 46) fieri poterat, ut homo Graecus linguam obscurae cuiusdam gentis disceret, tamen multo facilius evenire contra potuisse puto, praesertim cum illis temporibus lingua Graeca omnium hominum communis esset sermo, cuius rei exemplum praebet mimi rex. cf. Heliod. 387[46] *καὶ ἀποστρέψας τὸν λόγον εἰς τὴν Χαρίκλειαν καὶ τὴν φωνὴν ἑλληνίζων* (*σπουδάζεται γὰρ ἤδ' ἡ γλῶττα καὶ παρὰ τοῖς Γυμνοσοφισταῖς καὶ βασιλεῦσιν Αἰθιόπων*) et Hel. 394[17] *καὶ ὁ Σισιμίθρης· Εὐφήμησον, ἀπεκρίνατο ἑλληνίζων ὥστε μὴ τὸ πλῆθος ἐπαΐειν* et Hel. 238[30].

De versibus 61—64 quae Hultzschius disseruit ad persuadendum apta esse mihi non videntur. Ipse enim summa cum sagacitate demonstrat mimographum et commerciis et legationibus scientiam huius linguae sibi parare potuisse. Sed auctor qui linguae peritus est, ita verba serit ut sensum praebeant. Hultzschius autem, ut sensum addat verba non ita interpretatur ut exstant, sed singula exhausta tractat. Neque minus audax esse mihi videtur, quod ex una voce *βραθις* idem concludit nos cum Canada rem habere (pg. 307). Quibus de rebus cum ipse iudicare non possem, avunculum meum Th Nöldeke Straßburgensem consului, qui se ipsum

quidem me iuvare non posse confessus Hultzschium sibi quoque non persuadere me certiorem fecit. Δαμντ enim vel δαμντ in *madhu* et πακτει in *haki* nullo modo mutari posse neque se intellegere, quo iure Hultzschius eloqui possit »Bis hierher glaube ich auf festem Boden zu stehen«. Idem Plauti Poenulum comparandi causa affert et adnotat illis temporibus multo plures fuisse, qui Poenorum linguae periti fuerint, nec tamen nos ea verba Punica intellegere. Ad has causas accedit, quod quae Hultzschius exposuit non magnam vim habent, cum verbis βραϑις, εἰς μερίδια λάχωμεν, λάχωμεν, βερη, βερη in perpaucis versibus sexies idem (getrennt) significetur. Quis autem est, qui haec recta esse putet? Ea enim re sine dubio spectatores languore affecti essent, quod vitium mimographum vitaturam fuisse putem. Hultzschii igitur opinionem teneri non posse non ita multi negabunt, certi autem aliquid de his versibus dicere non possumus. Fortasse in his versibus (61–64) nominum catalogum inesse Crusius recte affert, quae opinio fortasse propterea probabilis esse videatur quod singula verba punctis sunt divisa. Nescimus quidem, cui bono rex singulorum virorum nomina vocet, sed spectatores iam secundo nomine vocato scire poterant, quae res agerentur. Et si fortasse barbari inscite ante regem capita inclinabant illos magno gaudio exsultasse verisimile est. Sed quidquid hoc loco agitur plurimi gestus sunt statuendi.

In catalogi fine verbo κοττως bis audito stupidus exclamat κοττως ὑμᾶς λακιίσαιτο, quam ad rem velim conferas Plaut. Rud. 1225, quo loco Trachalio semper dicit ‚*licet*', tum Daemones respondet ‚*L i c e t* (κοττως) *Hercules istum infe l i c e t cum sua l i c e n tia. Ita meas explevit aures. Quidquid memorabam ‚licet*' et Ar. ran. 230

Βατ. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ
Διο. ἀλλ' ἐξόλοισϑ' αὐτῷ κοάξ.

Versus 68 Winteri interpretatio recta esse non potest (pg. 48) ‚in litteris ζεισουκορμοςηδε videtur inesse ζεῖ σου κοῦρμι; ὄζει δέ (effervescitne tuum zythum? Quam vehementer olet!) Indus enim vini ignarus κοῦρμι id esse ratus, quod eodem modo atque potiones Indicae ex oryza ex hordeo

efficiebatur, interrogat, num effervescat, et capite in vas immisso vini odorem animadvertit.' Brevi enim ante Winterus Hultzschium sequitur: bere koncha madhu patrakke haki, getrennt ein wenig W e i n in den Becher gegossen habend'. Num brevi post rex non iam sciebat se vinum bibere? Neque crediderim regem semigraeca verba loqui, cum e versibus 88–91 eum Graecae linguae peritissimum esse cognoscamus.

In versibus 70—73 personas signis ϛ et Ζ significatos semigraeca verba[1]) loqui Crusius putat, qui hos versus ita dissolvit εἰς ἅλμα κατάβα· πτερὰ γοῦν μοι Ζ τί οὐ γοῦν μοί; ναίχ(ε), ἕλε καὶ ϑρῶ(σκε); ϛ εἶτ' οὐ βάλλῃ; τράχ (= τρεχ) οὖν. πτερὰ γοῦν μοι. Equidem confiteor eiusmodi de locis semigraecis me iudicare non posse, cum nondum similes locos cognoverim. Sed num versus (79) tantopere mutari debeat, quantopere Crusius facit, dubito. Tum quaerimus, quid hic sensus sibi velit, ad quem exprimendum Winteri verbis utar ‚ϛ igitur alas sibi esse affirmans de alto desilire personam ζ iubet (70) et currentes saltantesque stupidum corripiunt (71 sq.), qui summo opere eos reicere conatur 72 sq.' Primum enim cur ζ de alto desiliat et quid alae sibi velint, non intellego. Deinde cum barbari stupidum corripiunt, ut vinciatur vel violetur vel simile aliquid ei fiat postulatur. Nunc autem eum in v. 92 dicentem audimus τί πάλι λέγουσι et in v. 93 πάντα τῶν ζώντων, quibus e verbis iure concludi posse puto ei vim antea non esse illatam. Itaque ego stupidi verba μὴ ἀηδίαν· παύσασϑε alio modo interpretor. His enim verbis stupidus fortasse nihil aliud exprimit quam prioribus, linguam enim barbarorum, quam non intellegat, se iniquissime ferre. Vocem autem ἀηδία hunc sensum praebere est testimonium ex Posidippo (frg. 28 Kock) haustum: σὺ μὲν ἀττικίζεις ἡνίκ' ἂν λέγῃς αὐτοῦ τινες, οἱ δ' Ἕλληνες ἑλληνίζομεν. τί προσδιατρίβων συλλαβαῖς καὶ γράμμασι τὴν ε ὐ τ ρ α π ε λ ί α ν ε ἰ ς ἀ η δ ί α ν ἄ γ ε ι ς; cf. Berl. Klass. Texte

[1]) Interdum pauca Graeca audire nobis videmur barbare prolata velut in versu 60 στουκεπαιρομελλοκοροκη vestigia linguae Graecae inesse videntur στ|ουκ|επαιρο|μελλο.

V 2 114 *ἀηδίας λέγεις.* Sed id quoque fieri potest, ut stupidus barbarorum verbis magnis cum gestibus saltationibusque prolatis perterritus exclamet *ἆ, μὴ ἀηδίαν, παύσασθε, τί ποιεῖτε.* Nam in sequentibus quoque versibus, actio quantopere fieri potest agitata statuenda est. Postremo (75—80) stupidus quoque verba sensu carentia profert, quibus spectatorum animos magno gaudio eum affecisse crediderim, quos ad versus Britanni adnotant; *If the attribution of 75 and 79—80 to B is correct, he may be supposed to be emboldened by the conviviality of the barbarians to address them in a meaningless jargon intended to imitate their language.'* Ceterum iam commemoro semel me vocem in *ουμι* desinentem invenisse cf. notices et extraits pg. 232 *Ταχνουμι.*

In versibus denique 83—86 deum vel deam vocari etsi verisimile est, tamen Crusii *ενενι* = veni (cf. Plaut. Aul. 394 Apollo, quaeso, subveni) non satis firmatum esse mihi videtur. Neque magis idem mihi persuadet litteris *αρειμαν* 86 *Ἀρειμάνιον*, deum Persarum, significari, cum e sequente versu cognoscamus hoc loco deam Lunam coli. Hultzschii autem ‚den Becher getrennt genommen und bedeckt habend werde ich Wein getrennt nehmen' recipere non possumus, nisi mimographo nostro omne ingenium abiudicamus.

Reputantibus igitur linguam barbaram maximam partem obscuram relictam esse nobis confitendum est et satis habeo demonstrasse eis rebus, quas Hultzschius et Crusius et Winterus attulerunt, interpretationem non procedere.

Versum 90 Sudhausium (l. c. p. 265) recte restituisse pro certo fere habendum est (cf. Sueton. Octav. 99, com. Att. frg. III, p. 544 (Kock) *δότε κρότον* et Copae v. 4): *Ἰνδῶν δὲ πρόμοι πρὸς ἱερόθρουν δότε* [*κρότον αὐλόν.* Accedi', quod in similibus occasionibus, quod voce *κρότος* significatur nunquam fere non commemoratur, ut exempla afferam: Heliod. 271[25]: *Ὁ μὲν οὖν ὕμνος τῇδέ πῃ συνέκειτο καθόσον ἔχω διαμνημονεύειν. Τοσοῦτον δέ τι ἐμμελείας περιῆν τοῖς χοροῖς καὶ οὕτω συμβαίνων ὁ κρότος τοῦ βήματος πρὸς τὸ μέλος ἐρρυθμίζετο.* Hel. 272, 388[43]. Ar. ran. 1029.

ὁ χορὸς δ'εὐθὺς τὼ χεῖρ'ὡδὶ συγκρούσας cf. Ar. Plut. 737, Antiph. frg. 137 (Kock), Ar. Lys. 1317:

κρότον δ'ἁμᾶ ποίη χορωφελήταν cf. Anacreont. 47.[5] ssq. . . . *διδάσκει με χορεύειν· ἔχω δέ τι καὶ τερπνὸν ὁ τᾶς μέθας ἐραστάς μετὰ κρότων, μετ' ᾠδᾶς . . πάλιν θέλω χορεύειν.*

Ad omnes hos versus 88—91 cf. Ar. Lys. 1279 *πρόσαγε χορόν, ἔπαγέ τε χάριτας ἐπὶ δὲ κάλεσον Ἄρτεμιν.*
Hel. 389[39] . . . *τοῖς πατρίοις ἡμῶν θεοῖς, Ἡλίῳ τε καὶ Σελήνῃ*
Hel. 330[4] *καὶ πολλὰ πρὸς τὴν Σεληναίαν βαρβάροι τε καὶ ξενίζουσι τὴν ἀκοὴν . . . κατευξαμένη.* cf. Wessely l. c. pg. 51. *κυριαν* ☾ *αιγυπτιαν.*

Metag. frg 7 (Kock): *ὀρχοῦνται τὸν βαρβαρικὸν τρόπον,*
Hel. 325[12]: *ἡμεῖς δαίμονι χορεύσωμεν κατὰ τοῦ αὐτοῦ τρόπον.*
Ar. Plut. 759: *ἐκτυπεῖτο δὲ ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασι.*
Ar. Thes. 953. *ὅρμα, χώρει κοῦφα ποσὶν ἄγ' ἐς κύκλον*
χειρὶ σύναπτε χεῖρα
ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα· βαῖνε
καρπαλίμοιν ποδοῖν.
Plaut. Stich. 757. Pseud. 1273 Orant me, id ut saltem . . . qui probe Jonicam perdidici. Ar. eccl. 1165. *Κρητικῶς οὖν τὼ πόδε καὶ σὺ κίνει.*

Ad vs. 92. locum ex Xenoph. Ephes. 186[25] haustum affero: *Οἱ δὲ ἐλθόντες ἔθυον θ'ἱερεῖα καὶ ποικίλα ἔσπευδον καὶ ἐπέλεγον φωνὰς βαρβαρικάς,* qua de causa stupidus quaerit *τί πάλι λέγουσι*; Tum frater voce *ορκισ*[*ε*] vel *ορκισ*[*α*] audita respondet *ὄρχησαί φησι* cf. (Plaut. Poen. v. 995 ssq. 1002. Ha. Me har b o c c a. Ag. Quid ait? Mi. Miseram esse praedicat b u c c a m sibi).

93. In stupidi verbis sensum inesse *iuste like living men* Britanni existimant. Sed maiore cum probabilitate Crusius adnotat, concidunt barbari vino et saltatione victi et quasi sepulti: hinc *πάντα τὰ τῶν ζώντων*', cum stupidus id quod sibi proposuerat (42 *τι τῶν ἀναθημάτων τῆς θεοῦ μαλῶσαι* et 49 *ἐγὼ ἀρῶ*) conficere videatur. *Πάντα τῶν ζώντων* = *πάντα ἐστὶ τῶν ζώντων* = alles gehört den Lebenden. Sudh.

Ad versum 96 illustrandum locos similes, quos multos habeo, afferre omitto.

Ad rem ipsam conferas Eumathii 571 [22] ssq. *καὶ μετὰ δὴ πολλὰς τὰς τροφὰς καὶ πόσεις καὶ βαρβαρικά τινα παίγνια . . . ξὺν αὐταῖς γυναιξὶν πρὸς ὕπνον ἐτράπη τὸ βάρβαρον. ἡμεῖς δ'ἐκ πυθμένος τοῦ σκάφους τῇ μέθῃ τῶν βαρβάρων θαρρήσαντες ἑαυτοὺς ἀνηγάγομεν.*

In vs. 100 ad Sudhausii *δεῦρ' ἄγων τὴν* [*ὁλκάδα*] cf. Eurip. Bacch 481 . . . *δεῦρ' ἄγων τὸν δαίμονα*. In v. 103 ad *καταφιλεῖν τὸν πύνδακα* cf. Wessely l. c. 728 *φίλτρον καταφιλεῖν*.

Ad vs. 106 cf. Hippol. 1681 *δέσποινα τῆς σῆς προσπόλου* Eurip. Bacch 225, Suppl. 2. etc. Denique ad Charitii precationem cf. Achill. Tat. 116 [17]. *Δέσποινα Ἀφροδίτη, εὐμενὴς ἡμῖν ἤδη γενοῦ* et Plaut. Rud. 696: ,In custodelam nos tuam ut recipias et tutere.' Optime autem huc quadrat Chariton. 497 [15]: *Μέλλουσα δ'ἐμβαίνειν εἰς τὴν τριήρη ἡ Καλιρρόη τὴν Ἀφροδίτην προσεκύνησε. Χάρις σοι, φησίν, τῶν παρόντων. Ἤδη μοι διαλλάττῃ. Δὸς δέ μοι καὶ Συρακούσας ἰδεῖν. Μεγάλη μὲν ἐν μέσῳ θάλασσα καὶ ἐκδέχεταί με φοβερὰ πελάγη, πλὴν οὐ φοβοῦμαι σοῦ μοι συμπλεούσης.*

Fine autem huius mimi spectatorum animos maxime motos esse consentaneum est, cum Graeci servati ancoras tollunt et non multo post barbari decepti expergiscuntur.

Denique nobis investigandum est, quae ratio inter versus 30-56 et 188—230 intercedat.

Iam supra (pg. 3) vidimus nostri mimi columnam quartam, qua versus 188—230 continentur, in versa scheda additam esse *in the style of the recto, but evidently by the same person who was responsible for the foregoing mime.* Utramque enim versionem eidem auctori tribui posse, ipsius papyri condicio plane fere vetat. ,Primam enim rectam schedam scriptam esse inde elucet, quod politam papyrorum schedam, quam rectam appellamus, nullo fere exemplo excepto primam inscriptam esse Wilckenius (Herm. XXII p. 487 sqq. et Herm. XLI p. 104 not. 1) observavit. Deinde alter mimus, quem *Μοιχεύτρια* Crusius nominat, versae parti ita inscriptus est, ut una columna vacua maneret. Qua columna usus idem scriba qui *Μοιχεύτριαν* litteris mandavit alteram hypothesis recensionem scripsit' Wint. pg. 36. Accedit, quod

recta scheda semi-unzialibus litteris scripta est, versa autem litteris cursivis, neque intellegi potest, cur idem mimographus in eadem papyro scripturam mutet. Quibus de causis cum Britannis dicemus, *To assign both sides of the papyrus to one scribe is out of the question.*

Nunc autem quaeritur, cur alter ille auctor quartam columnam conscripserit. Winterus hac de re iudicat ,Versae autem schedae recensio ideo videtur facta esse, ut personae ς partes amplificarentur (cf. pg. 31). Dubito enim, an quisquam aliam commutandi causam proferre nequeat.' Quam sententiam non satis probabilem esse ratus utramque versionem iterum comparavi et aliam ,commutandi causam' proferam.

Versibus 188—212 continentur eadem quae versibus 30—40.

30 ssq.	188 ssq.
Κυρία Χαρίτιον, σύ]νχαιρέ μοι λελυμένῳ.	*κυρία Χαρίτιον, σύνχαιρε τούτ[ων μοι] λελυμένῳ.*
33	196
οἴ]ομαι αὐτὰς ἀπὸ κυνηγίου] παραγίνεσθαι ?]	*ἰδοὺ γὰρ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἀπὸ κυνηγίου παραγίνοντ[αι.*
31	199
λαλεῖ	*λαλλε*
35	205
αλεμμακα	*αλεμακα*
38	209
δοκῶ χοιριδίων θυγατέρες εἰσί· ἐγὼ καὶ ταύτας ἀπολύσω.	*θέλεις οὖν καὶ [ταύ]τ[ας εἰς τὸν Ψώλιχον ποταμὸν [καταβάλω ;]*
39	211—12
τ. πορδ(ή) κοι· αι αρμινθι	*ὡς θέλεις τ. Β. πορδ(ή) κοι· αι μινει.*

Primum igitur altera pars est copiosior et singulos versus cum respicimus, actio multo evadit vivacior. ,Aucta enim sunt mulierum verba barbarica, insertae sunt stupidi facetiae' W, *who cries out to Charition for help. Charition*

accordingly intervenes with the word 'alemaka' (205) *which is repeated by the rest and apparently has the effect of restoring peace*' G. H. pg. 53. Addita quoque sunt versus 193—95 et 213—15 ubi ζ, qui nonnulla verba stupidi (cf. 217 sq. cum 42 sq.) ac fratris partes omnino suscepit (cf. 213 sq. cum 41, 228 cum 50, 230 cum 56 sq) ‚proficiscitur, ut navem ad litus appellat, reversusque secundum ventum ortum esse nuntiat.'

Deinde in altera parte Charitium etiam maiorem gravitatem prae se fert (cf. 190 *μεγάλοι οἱ θεοί* et 192 *παῦσαι ἄνθρωπε* et 226 *οὐδ' ἐκείνων χρείαν ἔχω, μόν*[*ον τὸ πρόσω*]*πον τοῦ πατρὸς θεάσασ*[*θαι γένοιτο*) neque ipsa, ut in priore versione (50), est auctor vino barbaros onerandi, sed alius quidam, qua mutatione prioris auctoris vitium correctum esse nemo negabit, cum consilium illud nullo modo ad Charitii mores quadret.

Tum alter mimographus vitiosos illos versus 46—47 (*πῶς γὰρ ὑπακούουσι ταῖς εὐχαῖς πονηρίᾳ τὸν ἔλεον μέλλοντος παρ*[*ασπᾶ*]*σθαι*;) emendavit 222—23 *πῶς γὰρ ὑπακούσουσιν αὐ*[*τῶν τῶν πονη*]*ρίᾳ τὸν ἔλεον ἐπισπωμ*[*ένων*; et pro humili illo vocabulo *μαλῶσαι* (43) usus est vocabulo *βαστάζειν* (218).

Denique semel versus in priore versione exstantes ab altero mimographo omissi sunt, quod ipsum quoque consulto factum esse pro certo est habendum. Illa enim verba (51—55), quae ad vinum Indicum pertinent, quid sibi velint non ita perspicuum est. Certe quidem cum ad sententiarum connexum nihil valeant, neglegi possunt.

Qua comparatione habita apparet alterum mimographum eo consilio quartam columnam conscripsisse, ut priori versioni maior vivacitas adderetur, ut vitia corrigerentur, superflua omitterentur. Quo facto versus 30—36 lineola cinxit, ut unus quisque, quae essent res sciret (cf. pg. 7).

Caput IV.

Iam restat, ut d e a r t e m e t r i c a verba faciam id est de versibus 88—91 et 96—106. Horum autem versuum de

re metrica et Britanni (pg. 42 et 55) et Crusius (101) et Winterus (pg. 38) consentiunt et solum de versu 97 inter se discrepant, quem trimetrum iambicum catalecticum esse Crusius, versum trochaicum Britanni putant; Winterus denique num in his verbis ut quidem tradita sint omnino insit numerus dubitat. Quem rectissime iudicare puto, cum hic versus: *ἐπαινῶ σὺ δέ, Χαρίτιον, δεῦρο ἔξω* omni metrica lege et norma careat neque usquam versus eodem modo compositus extet. Sed ad hunc versum iam revertemur.

In versibus 96—106 semel ut corrigamus omni modo postulatur, etiamsi rem metricam non respiciamus. In versu enim 103 ante v. *πύνδακα* vox *τόν* inserenda est. Qua ex re id certe quidem concludi potest canticum non accurate esse perscriptum (cf. Wint. 38 et Wil. Kultur d. Gegenwart I, 8 pg. 125). Iam quod ex undecim versibus octo versus certa quadem numerorum moderatione pedumque sunt astricti, verisimillimum est in reliquis quoque metra inesse. Quae sententia duabus rebus firmari mihi videtur. Primum enim constat mimographum ingenio quodam metrico non caruisse cf. Winter. l. c. ‚Neque enim unquam falso loco spondei pro trochaeis positi sunt, pedes soluti (100 *παράβαλε*[*ἐὰν ἐγώ*], 102 *παλιλαλεῖς*, 103 *ἀπολίπωμεν, καταφιλεῖν*) semper cum lege congruunt, lex etiam Porsoniana quater (98, 99, 103, 106) observatur, in iis versibus, qui rapidissimo quasi cursu utuntur (98 et 104), puri trochaei occurunt, in solemnis versus 106 pedibus paribus semper spondeus.' Quod idem maxime e versibus 105 et 106 elucere mihi videtur, quorum altero *τρόμος πολύς με τὴν παναθλίαν κρατεῖ*

◡ — ◡ — ◡ — ◡ —◡— ◡—

angor depingitur, altero

εὐμενής, δέσποινα, γείνου· σῶζέ τὴν σὴν πρόσπολον

—◡— — —◡— — -- ◡ — — —◡—

precationis gravitas exprimitur.

Ceterum teneri non possunt, quae Winterus ad versum 105 adnotavit ‚utrum eidem scribae i g n o r a n t i a e an variandi studio cuidam attribuendus sit diiudicare non audeo', trimeter enim ille iambicus cum tetr. troch. coniunctus saepius invenitur, sicut Sudhausius me docuit cf. Plaut. Aul. 140, Capt. 198, Epid. 22—23.

Sed ad alteram causam nos convertamus. Post versum 94 omnia sicut Graeci volebant sunt perfecta et fabulae finis brevi versu 95 *τ πολ. καταστολή*, quod verbum permagnis litteris scriptum est cf. pg. 9, significatur. Sed in Choricii apologia mimorum VI scriptum invenimus *τὸ πέρας εἰς ᾠδήν τινα . . λήγει* (cf. Revue de philologie nouvelle série tom. I, 1877 pg. 219 ssq. vel Œvres de Charles Graux, tom II, Paris 1886 pg. 47) et alias quasdam fabulas similes intuentes cognoscimus eas maxima ex parte como cantato finiri (cf. Poppelreuter l. c. pg. 38 ‚Quibus de causis quaestionem paucis complexi dicemus comoediam Atticam antiquitus solitam esse finiri como ad tibias cantato cf. Achar. 1288 ssq., Nub. 1510—, Vesp. 1516—37, Pac. 1304—57, Av. 1720—65, Lys. 1247—, Thesm. 1226—, Eccles. 1151—82, Plut. 1208). Quae cum ita sint, nonne veri simillimum est nostram quoque fabulam como cantato finiri?

Sin autem hac dissertatione habita ut in versibus 97 et 98 et 101 versus insint omni modo postulatur et in versu 104 scriba neglegentem se ostendit, idem in illis versibus statuere possumus et optimo iure corrigere licet.

De versu 97 iam verba fecimus, in versu 98 Britanni, quos Crusius et Winterus sequuntur pro *ἅπανθ'* scripserunt *ἆρα πάνθ'*, quae emendatio per se probabilis esse possit, quamquam illa, quae tradita est, interrogandi ratio (coniunctione omissa) properanti aptissima est. Versum autem 101:

ἐὰν πρῶτος ἐγὼ ὁ κυβερνήτης κελεύσω

Crusium non recte restituisse credo cf. pg. 55, *Crusius suggests that in* l. 101 *ὁ κυβερνήτης is a gloss on ἐγώ; and if these two words be omitted and πρώτως (for πρῶτος) and ἐγώ transposed, the metre is restored'.* Neque enim probabile est tantas hoc versu turbas factas esse.

Omnium horum virorum studiis omissis Sudhausius hanc metrorum rationem mihi exposuit, quae quamquam et tunc dubitanter ille proferebat nec nunc probat, tamen ad emendandum carmen viam aliquam et tanquam aditum patefacere videtur.

96. *οὗτοι μὲν ἤδη τῇ μέθῃ βαροῦνται.*

Α | *ἐπαινῶ· σὺ δέ, Χαρίτιον,*
| *δεῦρ' ἔξιθι δεῦρο.*
| *ἀδελφέ, θᾶσσον.*
| *ἅπανθ' ἕτοιμα τυγχάνει;*

πάντα γάρ· τὸ πλοῖον ὁρμεῖ πλησίον· τί μέλλετε;


100. *σοὶ λέγω, πρωρεῦ, παράβαλε δεῦρ' ἄγων τὴν ὁλκάδα.*

Α[1] | *ἐὰν πρῶτος ἐγὼὁ κυβερ-*
| *νήτης κελεύσω*
| *παλιλαλεῖς καταστροφεῦ;*

ἀπολίπωμεν αὐτὸν ἔξω καταφιλεῖν τὸν πύνδακα.
ἔνδον ἐστὲ πάντες; κοι· ἔνδον. Α. ὦ τάλαινα
συμφορᾶς,

---

105. *τρόμος πολύς με τὴν παναθλίαν κρατεῖ*
εὐμενής, δέσποινα, γείνου· σῶζε τὴν σὴν πρόσπολον.



Corrigendum esse iam vidimus et hoc modo primorum versuum 97 et 98 (ἅπανθ' ἕτοιμ') et 101 (ἐὰν πρῶτος etc.) difficultates sunt sublatae.

Scribendum fortasse δεῦρ' ἔξιθι, δεῦρο; neque enim perspicuum est, cur Charitium quoque δεῦρο exclamet. Ceterum ιθι pro ω non ita magnas difficultates palaeographicas praebet (sed cf. Joh. XI[43] Λάζαρε, δεῦρο ἔξω et Menandri Epitrep. 409 διόπερ ὑπεκδέδυκα δεῦρ' ἔξω λ[ά]θρα). Sed illud δεῦρ' ἔξιθι δεῦρο his locis firmari mihi videtur:

Ar. Lys. 1271 ὦ δεῦρ' ἴθι δεῦρ', ὦ
κυναγὲ παρσένε.

Catull. 61[8] huc, huc veni, Wessely l. c. in hymno ad Apollinem II, pg. 37 δεῦρ' ἄγε δεῦρο, δεῦρ' ἄγε θεσπίζων et vs. 2543. δεῦρ' ἴθι μοι νυχία θηρόκτονε δεῦρ'.

---

97. Glyconeus cum reiziano saepius coniungitur velut apud Pindarum: Oxyrh. pap. V. pg. 27 v. 33 et 37:

. . . μόχθος ἡσυχίαν φέρει
καιρῷ καταβαίνων.

et in Olymp. Od. IX cf. v. 50

Φοῖβος, οὐδ' Ἀΐδας ἀκι-
νήταν ἔχε ῥάβδον.

quod simile (prosod. cum reiz.) invenimus in Ar. pac. 1345:

οὐ πράγματ' ἔχοντες ἀλ-
λὰ συκολογοῦντες et

in Soph. Oed. v. 477: ὕλαν ἀνά τ' ἄντρα καὶ
πετραῖος ὁ ταῦρος

Ad v. 101 ἐγὼ ὁ cf. Bacchyl. III[23]: . . . ἀγλαϊζέτω ὁ γὰρ ἄριστος ὄλβων.

Versibus 99–101 comparatis fieri potest, ut post κελεύσω pedes ⏑ – ⏑ – – vel ⏒ – ⏑ ⏑ – – omissi sint.

102. παλιλαλεῖς = παλιλλαλεῖς.

De mimo Oxyrhynchio altero.

Grenfell et Hunt Sudhausii de mimo Oxyrhynchio dissertatione habita papyrum nostram iterum inspexerunt et quem ad exitum pervenissent in libri sui margine adnotaverant, quas adnotationes mihi, cum eos adissem, summa cum comitate in usum tradiderunt. (cf. nunc Oxyrh. pap. V, pg. 313). Et ipse quoque singulos papyri locos examinavi, sed e litterarum vestigiis nihil fere novi elicui. Britannis igitur quae nova sequuntur debemus, quorum opera effectum est, ut aliae Sudhausii coniecturae, etsi sensus apte exprimitur, teneri non possint, aliae cum papyri vestigiis tam bene conveniant, ut textum emendatum esse pro certo habendum sit. Quae cum ita sint operae pretium esse mihi videtur textum iterum conscribere, ut et loci emendati publici iuris fiant et viri docti ad locos non restitutos emendandos incitentur.

Restat ut adnotem me Sudhausii plerumque textum sequentem hunc mimum ita conscribere, ut brevem tantum adnotationem criticam addam; de notis autem interpretatione aliisque de rebus quae Britanni, Crusius, Winterus, Sudhausius disseruerunt sunt conferenda.

107. . . . . ζώσωμαι. ἐρῶ νῦν παιδ(ός),
μάτην δὲ καλῶ αὐ]τόν. ἵνα με βεινήσῃ· τί οὖν
ὀκν(ῶ); φέρε τὰς μά]στιγας· δοῦλε, προσελθών
μοι σεμνύνῃ;] φαιδρόν· μαστιγία, ἐγὼ ἡ κυρία
τινὰ περὶ το]ύτου κελεύω καὶ οὐ γίνεται; οὐ θέλεις,
ἄθλιε; ἀλλὰ μ]αίνεσ(θαι) ποιήσ(εις). δ[ός μο]ι τὰς μάστιγ(ας).

---

(10)7 ἄγε δὲ καὶ πρὸς ἕτερόν τινα ἀγῶνα] ζώσωμαι Sudh. ἀποζώσωμαι — παιδός Cr. παιδίου Gr. H. 8 παρακαλέσω? Cr. φαιδρόν sc. βλέπε Sudh. Φαῖδρον W. cf. pg. 55 ssq. 11. ἐνδέομαι τούτου Cr. 12. δινεσ()ποίησ(ον) μ . . . . ν Gr. H. Cr. μ]αίνεσθαι ποιήσ(εις) κόμισο]ν Sudh. μαίνεσθαι cum litterarum vestigiis congruere, κόμισον Gr. H. negant, qui posuerunt δός μοι et δ' legere mihi videbar.

Μάλακε οὐδὲ σὺ κάκι]σι(ε) ποιήσ(εις); οὐδὲ σὺ θέλεις; παῖδες, τοὺς
φύλακας καλῶ·] οὐδὲν γίνεται; δὸς ὧδε τὰς μάστειγ(ας).
ἀλλὰ τί ἔτι]έστηκεν Αἴσωπ(ος) ὁ τὴν δούλην καταδεξόμ(ενος);
[. .] ιον [. . . .] ιτας ἀράσσ(ουσα) αὐτ(ῷ) ἐκτινάξ(ω). ἰδοῦ —
Κ]υρί — Εἰ δέ σ[ε] σκάπτειν ἐκέλευον, εἰ δ' ἀροτριᾶν,
εἰ δὲ λίθ(ους) βα[σ]τάζ(ειν) τῷ γυναικε(ίῳ) γέν(ει) συντεθραμμ(ένον);
118a. πάντων οὖν τῶν ἐν τῷ ἀγρῷ ἔργων γινομέν(ων)
118b. κενός σοι κύσθ(ος) σκληρότερ(ος) ἐφάνη;
ἀ]λόγιστ(ε) πονηρί(αν) τινὰ μένεις καὶ αὐχ(εῖς) καὶ τοῦτο σὺν τῇ πόλ(ῳ)
Ἀπολλ(ωνίᾳ)· ὥστε παῖδ(ες), συνλαβόντ(ες) τοῦτον ἕλκετε ἐπὶ τήν
πεπρωμένην. — προάγετε νῦν κἀκείνην ὡς ἔστιν
πεφειμωμένη. ὑμῖν λέγω ἀπαγαγόντες αὐτοὺς
κατὰ ἀμφότερα τὰ ἀκρωτήρι[α κ]αὶ τὰ παρακείμενα
δένδρα προσδήσατε μακρὰν διασπ[ά]σαντες
ἄλλον ἀπ' [ἄ]λλου καὶ βλέπετε μή πο(τε) τῷ ἑτέρῳ
δείξητε, μὴ τῆς ἀλλήλων ὄψεως [πλ]ησθέντες
μεθ' ἡδον[ῆ]ς ἀποθάνωσι· σφαγιάσαντες δὲ αὐτοὺς
πρός με ἔσω ἀντᾶτε. εἴρηκα· ἐγὼ δ' ἔνδον εἰσελεύσομαι.

II.

Τί λέγετε ὑμ(εῖς); ὄντ(ως) ο[ἱ] θεοὶ ὑμῖν

---

13. ante ποιη quod P habet, ττ (Sudh. θά]ττ[ον) esse non potest, = στ Gr. H., fortasse = ετ. κάκι]στ(ε) Sudh. πόησον Gr. H. Cr. 16. τοὺς ὀδόντας Sudh. recta esse Gr. H. negant quae coniectura tamen propter vocabulum ἐκτινάσσειν valde probabilis esse videtur cf. *Π* 348 ἐκ δ' ἐτίναχθεν ὀδόντες et Plut. Cat. mai. 14. ἐκτιναχθέντων αὐτοῦ τῶν ὀδόντων, sed velim conf. Hippon. frg. 62 Bgk.: οἱ δέ μευ πάντες ὀδόντες ἐν τῇσι γνάθοις κεκινέαται. ἐκτινάξω Gr. H.. ἐκτινάξατε Cr. 17. post εἰ δὲ litt. σ valde incerta Gr. H. 18. Verba κυρία — 18 b ἐφάνη Cr. Aesopo tribuit. συντεθραμμένων Gr. H., συντεθραμμένην Cr. 18 a πάντων — γινομένων litteris minutis superscriptum verbis τῷ-συντεθραμμ, deinde κενός-ἐφάνη in margine. γινομένων <μετέχειν> Cr. 18 b σκληρό(ς)τε Gr. H., σκληρότερος Sudh. emendavit, cum P habeat σκληρότε. 19. τίνα G. H. τινά Cr. In v. αὐχεῖς litt. α siml. l. ο Gr. H. 21. post πεπρωμένην· P habet interpunctionem. 23. πρὸς τά Cr. καὶ τά G. H.

ἐφαντάσθ(ησαν), καὶ ὑμεῖς ἐφοβήθ[ητ]ε κα[ὶ ἐκεῖν]οι . . . .
γεγόνασι; [ἐ]γὼ ὑμῖν καταγγέλ[λω]· ἐκεῖνοι . . . .
εἰ καὶ ὑμᾶ[ς] δ[ιέ]φυγον, τοὺς ὀρε[ο]φ[ύλ]ακας οὐ μὴ λάθωσι.
νυνὶ δὲ τοῖς θεοῖς ἐπαρᾶσ<θ>αι βούλομαι, Σπινθήρ,
ὅμοσον· επιπ . . σ . . . . ιν ομενα. λέγετε
τὰ πρὸς τὰ[ς] θυσίας· ἐπειδὰν οἱ θεοὶ καὶ ἐπ' ἀγαθῷ
ἡμῖν φα[ί]νεσθαι μέλλωσιν, ὡς προσέχ(οντας) ὑμνήσ(ομεν)
τοὺς θεού[ς]. — μαστιγία, οὐ θέλ(εις) ποιεῖν τὰ ἐπιτασσόμε(να);
τί γέγονε[ν; ἢ] μαίνῃ; εἰσελθόντ(ες) ἴδετε τίς ἐστιν.
τί φησιν; [ἦδ]' ἦν ἄρα. ἴδετε μὴ [κ]αὶ ὁ ὑπερήφανος
ἔσω ἐστί. ὑμῖν λέγω· ἀπαλλά[ξα]ντες ταύτην παράδοτε τοῖς ὀρεοφύλαξι καὶ εἴπατε ἐν πολλῷ σιδήρῳ
τηρεῖν ἐ[π]ιμελῶς. ἕλκετε, σύρετε, ἀπάγετε.
καὶ ὑ[μ]εῖ[ς δ]ὲ ἐκεῖνον ἀναζητήσαντες ἀποσφάξατε, σπάσατ]ε, προβάλετε, ἵνα [ἐγ]ὼ αὐτὸν νεκρὸν ἴδω.
εἴσιτε, Σπι]νθήρ, Μάλακε, μετ' ἐμοῦ.

III.

ἐξιοῦσα,
παῖδες, ἀκρ]ιβῶς νῦν ἰδεῖν πειράσομαι, εἰ τέθνηκε
ἐκεῖνος, ὅ]πως μὴ πάλιν πλανῇ μέ τις. — ὧδε μὲν

---

v. 30 κα . . . .ν() ασ ττ() G. H. καὶ ἐκεῖνοι (vel κἀκεῖνοι) ἀόρατοι Cr. καὶ ἐκεῖνοι ad vestigia quadrat, non ἀόρατοι neque magis ἀφανεῖς Sudh. ἄφαντοι *would suit the content, though not the traces on the papyrus.'* Ego κρατερ exstare puto. 31 v. καταγγέλλω Cr. recte restituisse veri simillimum est. 32. διέφυγεν G. H., διέφυγον Cr. Ego quoque εν in papyro legere mihi videbar. 33. ἀπαρᾶσθαι G. H. ἐπαρᾶσθαι Cr. ego discernere non poteram. 34. ἐπίπρησον δὲ τὰ νομιζόμενα Cr., ἐπιπεσεῖν ὄντως ὑμῖν φαινόμενα Sudh., quam utramque lectionem rectam esse Gr. H. negant. Ego nihil certi agnovi, sed nescio an littera ante ομεν non sit κ. 35. <ἀγαθοί> καὶ Zielinski. 38. τί γέγονεν· μαίνῃ Cr. vel τί γέγονεν ἢ μαίνῃ Sudh. recte restitutum esse G. H. consentiunt. 39. Gr. H. scripserunt θιναρα et Sudh. correxit [ἐκ]εῖν' ἄρα, sed cum ante ν littera η certo legi possit, Crusii ἦδ' ἦν ἄρα recipiendum est. 44 ἀποσφα[γιάσαντές τ]ε προβάλετε G. H. Cr. 45. ἔλθετε Σπινθήρ. 45. sq. ἐξιοῦσα ἐς ἴρος Cr. 47. ἐμφανῶς, ὅπως Cr. πλανῇ μ' ἔρις G. H. Cr. »Das speziöse μ' ἔρις der ersten Lesung muß der Correktur μέ τις weichen« Sudh. pg 255 et P habet re vera μέ τις; cf. Menandri Circumtonsam v. 79 (van Leeuwen) μ]ὴ δὲ καὶ νυνὶ πλανᾷς με. ὧδε μέν[ωμεν Cr.

οὖν, ἄθλιε] κωμαστά, ὧδε. ἒ ἔ, ἰδ[ο]ῦ οὗτος. αἲ ταλαί-
πωρε · σὺ ἄρα]ἤθελες οὕτω ῥιφῆναι μᾶλλον ἢ ἐμὲ
φιλεῖν; κε]ίμενον δὲ κωφὸν πῶς ἀποδύρομαι; νεκρῷ
εἴ τίς πο]τε γέγονεν, ἦρται πᾶσα ἔρις. ἀνάπαυσόν
με, ἵνα τὰς κ]εκ[α]ρμένας φρένας ἄρω. —
Σπινθήρ, πόθεν σου ὁ ὀφθαλμὸς ἡμέρωται; ὧδε ἄνω,
συνείσελθέ μοι. μαστιγία, ὅπως οἶνον διυλίσω · εἴσελθε,
εἴσελθε, μαστιγία, ὧδε πάρελθε. ποταπὰ περιπατεῖς;
ὧδε στρέφου. ποῦ σου τὸ ἥμισυ τοῦ χιτωνί(ου), τὸ ἥμισυ;
ἐγώ σοι πάντα περὶ πάντων ἀποδώσω.

IV.

οὕτω μοι
δέδοκται, Μάλακε· πάντας ἀνελοῦσα καὶ πωλήσασα
τὰ ὑπάρχοντά πού ποτε χωρίσεσθαι. νῦν τοῦ γέροντ(ος)
ἐνκρατὴς θέλω γενέσ(θαι), πρίν τι τούτ(ων) ἐπιγνοῖ. καὶ γὰρ
εὐκαίρως
ἔχω φάρμακον θανάσιμον, ὃ μετ' οἰνομέλιτος διαθήσασα
δώσω αὐτῷ πεῖν. ὥστε πορευθεὶς τῇ πλατίᾳ θύρᾳ κά-
λεσον αὐτὸν ὡς ἐπὶ διαλλαγάς. ἀπελθόντες καὶ ἡμεῖς
τῷ παρασίτῳ τὰ περὶ τοῦ γέροντος προσαναθώμεθα.
παιδίον, παῖ.

V.

τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, παράσιτε — οὗτος τίς ἐστι(ν);
αὕτη δέ; τί οὖν αὐτῇ ἐγένετο; ἀ[ποκ]άλυψον, ἵνα ἴδω
αὐτήν. — χρείαν σου ἔχω, τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, παράσιτε·
μετανοήσασ(α) θέλ(ω) τῷ γέροντ(ι) διαλλαγ(ῆναι). πορευθεὶς
οὖν

---

48. G. H. adnotant neque Sudhausii κωμαστά neque Crusii ἄγαμαι vel κατάκειμαι recta esse. Gr. H. legerunt καμαιτὰ ὧδε, ego legi καμαστα (στ ut in v. 156 ὧδε στρέφου), qua de causa Sudhausii κωμαστά recepi. V. 156: cf. locum persimilem Lysistratae Aristophaneae 986:

ποῖ μεταστρέφει;
τί δὴ προβάλλει τὴν χλαμύδ'; ἢ βουβωνιᾷς
ὑπὸ τῆς ὁδοῦ;

51. νεκρῷ ἔλεος ἔρως τ]ε Cr. ποτε γέγονεν Sudh. probabile Gr. H. 52. κεκλιμένας Sudh., sed l. i ante μενας non exstat cf. G. H. pg. 56. 56: χιτωνίσκου Cr. cf. Athen 590e. χιτωνίου Sudh. cf. Ar. ran. 412. χιτωνίου παπαρραγέντος.

ἰδὲ αὐτὸν καὶ ἄγε πρὸς ἐμέ, ἐγὼ δὲ εἰσελθοῦσα τὰ πρὸς
τὸ
ἄριστον ὑμῖν ἑτοιμάσ(ω). — ἐπαινῷ, Μάλακε, τὸ τάχος.
τ[ὸ] φάρμακον ἔχεις συνκεκραμένον καὶ τὸ ἄριστον
ἕ[τοι]μόν ἐστι; τὸ ποῖον; Μάλακε, λαβὲ ἰδοῦ οἰνόμελι.
τάλας. δοκῶ πανόληмπτος γέγονεν ὁ παράσιτος · τάλας,
γελᾷ.
σ[υ]νακολουθήσ[α]τε αὐτῷ, μὴ καί τι πάθῃ. — τοῦτο μὲν
ὡς
ἐβ[ο]υλόμην τετ[έ]λεσται. εἰσελθ[όν]τες περὶ τῶν λοιπῶν
ἀσφαλέστερον βουλευσώμεθα· Μάλακε, πάντα ἡμῖν κατὰ
γνώμην προκεχώρηκε, ἐὰν ἔτι τὸν γέροντα ἀνέλωμεν.

VI.

παράσιτε, τί γέγονεν; αἲ πῶς; μάλιστα· πάντων γὰρ
ν[ῦ]ν ἐνκρατὴς γέγονα. — Ἄγωμεν, παράσιτε, τί οὖν
θέλεις; >
Σπινθήρ, ἐπίδος μοι φόνον ἱκανόν· Παράσιτε, φοβο[ῦ]μαι
μὴ γελάσω. καὶ καλῶς λέγεις · λέ[ξ[ω τί με δεῖ λέγειν.
πά[τ]ερ κύριε, τίνι με καταλείπεις; ἀπολώλεκα μου τὴν
παρρησ(ίαν), τὴν δόξ(αν), τὸ ἐλευθέριον φῶς. σύ μου ἦς ὁ
κύριος τούτῳ μόνον, ἀληθῶς, οὐ λόγῳ.
Ἄφες, ἐγὼ αὐτὸν θρηνήσω · οὐαί σοι, ταλαίπωρε, ἄκληρε.
ἀ[λγ]εινέ, ἀναφρόδιτε οὐαί σοι — Ξ Οὐαὶ μοί · οἶδα γάρ
σε ὅστις
π[οτ]ὲ εἶ, μεισο<ύ>μενε. Σπινθήρ, ξύλα ἐπὶ τοῦτον. οὗτος
πάλιν τίς ἐστιν;
Μένουσι σῶοι, δέσποτα.

---

178. In margine dextra inter col. 3v et col. 4r 213 legitur αγων quod papyrum inspicienti ad col. 4. positum esse videbitur. Sed αγων = ἀγωνία vel ἀγώνισμα (Gr. H.), es bedeutet vielleicht Schlußkampf, Aktion (Sudh.) Quod si recte iudicatum est, hoc signum argumento reluctante in columnam quartam non quadrat. Recte igitur Crusium illud signum ad vs. 178 rettulisse veri simillimum est. 81. λέγω G. H. Cr. λέξω Sudh. ante ω P plane est deleta, qua de causa l. ξ eodem iure quo γ ponere possumus. 83. μόνον—λόγῳ litteris minutis super ἄφες-αὐτόν. P habet λέγω. 86. π[..]ι G. H, ποτε Sudh. veri simillimum, πρίν Cr. non. μεισόμενε super Σπινθήρ.

Vita.

Natus sum Johannes Gustavus Georgius Knoke a. d. XIII. Kal. Febr. anno 1884 in vico Gestorf patre Wilhelmo, pagi sacerdote, matre Elisabeth e gente Nöldeke, quos duobus fere annis ante morte mihi ereptos esse lugeo.

Fidem confiteor evangelicam. Domi rudimentis literarum imbutus Hildesiae per quinquennium Gymnasium Andreanum frequentavi, cuius scholae praeceptorum Rossbergio et Rauterbergio professoribus plurimum me debere grato animo commemoro. Primo autem vere anni 1903 maturitatis testimonio instructus migravi ad academiam Erlangensem, ubi per tria semestria philosophiae et philologiae classicae operam navavi. Sex deinde menses universitatis Fredericae Guilelmae Berolinensis civis commoratus Kiliam me contuli, ut studia mea continuarem ad finemque perducerem. Novem igitur semestrium spatio hos disserentes audivi viros illustrissimos: Falckenberg, Heerdegen, Hensel, Kolde, Leser, Luchs, Müller, Roemer Erlangenses — Delitzsch, Paulsen. Seeberg, Kekülc von Stradonitz, Vahlen, von Wilamowitz-Moellendorff Berolinenses. — Deussen, Jacoby, Noack, Mühlau, Schaeder, Sudhaus, Titius, Wendland Kilonienses.

Nec non exercitationibus vel philologicis vel archaeologicis vel philosophicis vel theologicis per aliquot semestria interfui et postremo per tria semestria seminarii philologi sodalis fui ordinarius moderantibus Felice Jacoby et Sigofredo Sudhaus.

Praeceptoribus meis cum omnibus tum Sudhausio, qui studia mea maxime fovens eximie de me meritus est, gratias habeo quam maximas semperque habebo.